que sic incipit. Spū ambulate ⁊c. Quia sancta mater ecclesia informans filios ⁊ docens quasdam regulas generales ꝓposuerat.quarū vna fuit carnalē vitam omnino esse fugiendā. Alia fuit scz spiritualē vitā omnino esse eligendā. Idcirco vt eius doctrina pfectionē cōtineat in hac presenti epistola ⁊ in sequētibus illas generales regulas diuersis morbis diuersisq̃ medicinis applicat ⁊ etiā diuersis personis. In ista epla applicat illas regulas diuersis morbis spūalibus .que sunt peccata q̃ omnino fugienda sunt. In pseētī enim epla procedit in hūc modū. Primo ponitur generalis exhortatio cū dicit. spiritu ambulate.i.fm diuinū spiritū bona opera facite: ⁊ desideris carnis.scz delectatiōes quas caro suggerit nō pficietis.i.opere nō cōplebitis. In quibus verbis duo nobis ꝓponunt.scz quomō semita bona est ambulāda siue aie ibi. Spiritu ābulate:desideria carnis cassanda. ibi. Et desideria carnis nō pficietis. Primo ergo ambulare debemus vias virtutū.de vijs vide.s.⁊ de virtutibus ibidē. Scōo debemus desideria carnis cassare.de carne vide.s.⁊ de desideriis vide.s. Spū ambulate.⁊c.j.p.ti.vj.c.iiij.§.j.añ me. ibi. Tertio q:. Caro cōcupiscit ⁊c.quō hec cōtentio homini cōfert multā vtilitatē vide.iij.p.ti.xvj.c.x.§.x.post me. ibi. Nō pugnā carnis.⁊.j.p.t.iiij.c.ij.§.viij.añ me.ibi. Et dicit ansel. Et quare fit b hr.iiij.p.ti.iiij.ca.ij.§.j. post pn. Scōo addit exēplaris explicatio ibi. Manifesta autem sunt opera carnis:que sunt fornicatio adulteriū.⁊c. ij.p.t. v.c.j.§.x. Fructus aūt spūs est charitas gaudiū pax ⁊ patientia ⁊c. Isti fructus p ordinē describunt.iiij.p.ti.v.c.xxj §.j. p to.⁊ibid.ti.vj.ca.vij.§.j.habet de isto audio. Tertio subiūgit victoralis ꝓuersatio in fine cū di..t. Qui autem sunt xpi. Ille aūt homo victoriaiter conuersat:⁊ de vitijs ac passiōibus carnis triūphat qui hec oīnia crucifigit pnie claus.i.in iusticie preceptis ⁊c.

Super euange. Luce.xvij.quod sic incipit. Dum iret iesus in hierlm ⁊c. Quāto perceptū beneficiū maius est ⁊ liberalius.tanto deuotius ⁊ frequentius recolendū. Cū ita q̃ inter cuncta beneficia que homini prestitit diuia clemētia:hoc videat pcipuū quo deus pater ex charitate nimia suū sup benedictū filiū ad curationē generis humani misit in mundū:ne tam 'argū beneficiū cadat a me oria hominū:in hodierno euang.sub figura decē leprosoꝝ: a xpo curatoꝝ:nos ammonet ad tantū beneficiū deuotione precipua recolendū. Circa curationē ergo istoꝝ leprosorū in presenti euangel. quattuor nobis proponunt. Primo me dici summa clementia.ibi. Dū iret iesus. Moraliter samaria interpretat custodia:galilea transmigratio. ⁊ ideo samaria actiua vitam:galilea contēplatiua figurat:actiua nq̃ custodia est preceptoꝝ dei: contēplatiua vo degustatio supernoꝝ ⁊c. Scōo proponit morbi magna miseria. ibi. Occurrerūt ei decē viri leprosi qui possunt significare totum genus humanū peccati lepra infectū.nō tamē originalis:sed actualis.vide.s.de peccatis. Iesu pceptor miserere nostri. In q̃bus verbis duo notant.scz peccatoris incitatio ad inuocandū cum dicit iesu preceptor. saluatoris cōmendatio ad miserandū.cū addit miserere n ri. Debet primo peccator semp deū inuocare pro salute. Secundo debet cōmendare deum:quia nulli denegat gratiā suā vide.s.de oratiōe. Tertio proponit medicine plena efficacia ibi. Quos vt vidit dixit:ite ostendite vos sacerdotibus. Tangunt aūt hic sex species cōfessionis. Quarto p nitur curatoꝝ mira differentia ibi. Vnus aūt vt vidit q̃ mūdatus est ⁊c. Bene dicit vnus:q̃ qui adheret deo vnus spūs est cū illo. Existēs quippe in gratia cōuenīēter dicit vnus.q̃ ab vno exies p vnū rediēs tendit in vnū. de vnione tua te saluū fecit ij.parte.ti.viij.ca.j.§.. j.⁊.c.iij.§.iiij.v. vj.et septimo.

Dominica.XV. super epistola ad Gala.vj.

que sic incipit. Si spiritu viuimus spiritu ⁊ ambulem⁹. In presenti epla aplus instruit vniuersiter tam prelatos q̃ subditos.dans quibuslibet regulas generales ⁊ speciales.⁊ vniuersis similiter regulā generalē Hec em epistola in se considerata sic diuidit. Primo enim aplus instruit generaliter omes dicens. Si spiritu viuimus spiritu ⁊ ambulemus.id est si p̃ quia viuim⁹ fm spiritūsanctū vel fm spiritū rationabilē directū ⁊ adiuuamur spū diuino:spiritu ⁊ ambulem⁹.id est proficiamus ⁊ meritis ⁊ virtutibus spūalia opera faciendo. Nō efficiamur inanis glorie cupidi inuicē prouocātes inuicē inuidēes.ij. par.ti.viij.c.j.§.ij.post pncipiū immediate. Scōo instruit prelatos specialiter.di. Fratres etsi preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto:vos qui spūales estis. idest qui spirituales esse debetis ⁊ spūalē vitam ducere debetis:dum nisi nōi instruite subditū vestrū in aliquo crimine lapsum. in spiritu lenitatis.id est pietatis ⁊ mansuetudinis. de correctiōe fraterna vide.ij.pte titu.ix.c.vj. Alter alter⁹ onera portate: ⁊ sic adimplebitis legē xpi. In quibus verbis apostolus duo docet.scz portare legē amoris siue charitatis:cū dicit alter alterius. Seruare legē amoris siue charitatis:cū additur. Et sic adimplebitis legē xpi. Primo alter debet portare onera alterū ..q̃ fit per mutuā charitatem ⁊ cōpassionē. vide.s.de operib⁹ misericōie. scz misericōie. Scōo lex amoris ⁊ cōcordie est habenda vt legē xpi adimpleamus. Nam si quis se existimat stare videat ne cadat.i. per presumptionē.de qua.ij.par.ti.iij.c.vj. Tertio instruit subditos quasi singulariter di. Cōunicet aūt is qui catheziat verbo ei qui se catheziat.i.c instruit siue docet subditos vel primū in omibus bonis. Quarto redit ad instruendū omes vniuersaliter di. Qui e seminat in spiritu. scz operādo facta spūalia ⁊c. Dum tempus habemus operemur bonū ad omes. In quibus verbis aplus tria facit. Primo ostendit bene operandi opportunitatē .i. Dum tempus habemus.vide.s.tempus. Scōo dissuadet ociositatem.ibi. Operemur bonū.ij.p.titu.ix.ca.xliij. Tertio declarat boni operis generalem proficuitatem cum dicit ad omnes.

Sup euāg. Mat.vj.q̃d sic incipit. Nemo pōt duobus dnis seruire ⁊c. Sicut dicit Aug. Deus fecit hoiem vt sum mū bonū intelligeret:intelligendo amaret:amando posset deret:possidēdo frueret. Manifestū est aūt fm eundē q̃ sollicitudo ⁊ amor ꝓpriū po sus est alarū spūalū ⁊ impediens volatū hominis liberū ad superna:igit magister ꝓfectus xps qui ad terrā de celo descēdit:vt terrena de terra ad celestia subueheret:ostēdit nobis in hoc euāgelio q̃ mūdana cupiditas a seruitio dei detrahit:animā spiritualiter pcutit: hoiez ignobilē facit:⁊ de deo diffidere cōpellit Igit xps intēdens nos ab amore ꝓpriū ad spūalū amorē inducere qtuor modis vtit. Primo scz dissuadēdo diuitiaꝝ seruitutē di. Nemo pōt duob⁹ dnis seruire ad placitū: q̃ deus pōpit humilitatē:diabolus superbiā.deus pcipit pniam:caro voluptatē:deus diligit pacē ⁊ vnitatē:mūdus vanitatē. Etiā pdicta auctas xpi exponit breuiter.iij.p.ti. iij.c.vj.§.ij.in me. Scōo scz interdicēdo nimiā sollicitudinē cū addit. Ideo dico vobis ne solliciti sitis.de sollicitudine vid.ij.p.ti.j.c.xxv.p to. Et.iiij.p.t.xij.c.ij.ifra vn. añ §. Tertio oīndendo ista per similitudinē cū dicit. Nōne anima plus est q̃ esca.q.d.longe excellit ⁊ absq̃ aliqua cōparatiōe. Respicite volatilia celi. Hic pbat dictū suū p similitudinē.⁊ primo p similitudinē sumptā a creatura irrōnabili et insensibili, Scōo p similitudinē sumptā ab irrōnabili ⁊ insensi

bili.ibi. Et de vestimēto. Tertio per similitudinem sumptam a rationabili alterius status.ibi. Nolite ergo solliciti esse ⁊c. Quarto cōcludendo.scz suam intentionez cum infert. Querite ergo primū regnū dei. Nota q̃ triplicit debemus querere regnū dei. Primo cū dolore amare cōtritionis. Secūdo cuz ruboze vere confessionis. Tertio cum labore satisfactionis. Est enim quadruplex regnum scilz carnis:mundi:diaboli:et dei. Et cum militia sit vita nostra super terram:oportet vt in aliquo hoꝝ militemus de spirituali militia cum suis armis vide tertia parte.tit, quarto.cap.primo.§.tertio et quarto.

Dominica.XVI. Sup epistola ad Ephes.iij.

que sic incipit. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis que est gloria vestra. Sicut dictū fuit in pncipio dominice pcedentis epistole:apostolus in persona totius ecclie omnes fideles instruxit generaliʒ prelatos ⁊ subditos specialiter. Apostolus nunc ex persona totius eccl'ie omnes fideles instruit et obsecrat in hac epistola ne deficiāt a fide ⁊ bonis operibus:sed q̃ fideliter in ipsis perseuerēt. In qua quidez epistola apostolus sic procedit. Primo em suā affectionē indicat dicēs. Obsecro vos ne deficiatis in tribulatiōib⁹ meis ꝓ vobis.in quo beatus Paulus apostolus hortatur nos ad boni pseuerantiā dicēs.ne deficiatis a fide vel bonis operibus. Secūdo ostendit deficiēdi occasionē frīuolam.d.in tribulationib⁹ meis ⁊c. de pseuerantia vide. s. Secūdo suam petitionē ⁊ ea que sunt ei necessaria explicat.ibi. Flecto genua mea ad patrē dni nostri iesu christi vt det vobis fm diuitias glie sue. In quibus verbis duo notant.scz operis regulatio vt fine nō pruek:cum dicit. flecto genua mea.muneris impetratio si digne postulek. Primo opus recte regulat si intentionē ad deum dirigamus per deuotā orationē.de qua vide.s.secūdo quare nō semp exaudimur.de quo vide.s. Christū habitare p fidē in cordibus vestris ⁊c.vide.s.⁊ de corde vide.s. In charitate radicati ⁊ fundati:ipa vario modo describit quarta par titu.sex .cap.primo.et.§. quarto principaliter. Tertio ad laudē dei ⁊ gratiarūactionē excitat.ibi. Ei aūt qui potēs est omnia facere supabūdanter ⁊c.de gratiarū actione vide.s. De euāgelio huius diei habes.s.feria q̃nta post Letare.quod sic incipit. Ibat Jesus in ciuitatem que vocatur naym.

Dominica.XVII. Sup epistola ad Ephe.iiij.

que sic incipit. Obsecro vos itaq̃ ego vinctus in dno:vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. In epistola pcedenti apostol⁹ ostēdens se habere affectum inflammatū ad salutē proximoꝝ obsecrans pro finali pseuerātia. Nunc vo obsecrat pro vitali adherētia capiti ⁊ coꝝpori:que nihil aliud est q̃ spūalis vnitas que seruat in vinclo pacis. Et beatus paulus in hac epistola tria facit. Primo em indicat affectionem suam: dicens. Obsecro vos ego vinct⁹ in dno:vt digne ābuletis vocatione qua vocati estis. In quibus verbis nos duo docet. scilz viam veritatis ⁊ aliarū virtutū ambulare : cum dicit. Obsecro.pericula mūdi vitare cū addit. Ut digne ambuletis. Primo debem⁹ viā veritatis ambulare ⁊ vtutis. de vijs vide.s.secūdo debemus mūdi pericula cauere.de mundo vide.s. Secūdo explicat suā petitionez dicens. Cum omni humilitate ⁊ mānsuetudine ⁊ patiētia ⁊c. Solliciti seruare vnitatē spūs in vinculo pacis. Ubi apostol⁹ primo sollicitudinē recipit siue ad sollicitudinez inducit: cum dicit. Solliciti supple estote. Scōo de quo sollicitudo est habēda cum addit. seruare vnitatē spūs ⁊c. primo parte.titu.vj.ca.ij.§.quarto. Et tertia parte.titu.xvj.cap. i.§.x. Et principaliter de sollicitudine.ij.parte.tit.j.ca.xxv.

Tertio assignat sue petitōis rationē.ibi. Un⁹ dns:vna fides;vnuz baptisma.hoc tripliciter probat q̃ sit vna ⁊c, quarta parte titu.viij.cap.ij.§.iiij.

Super euangel. Luce.xiiij.q̃d sic incipit. Cū intraret Jesus in domū cuiusdā pncipis sabbato māducare panem:⁊ ipsi obseruabāt eū. In hoc euāgelio tria nobis notanda pponunt. Primū est designatio diuine maiestatis quoad ingressum domus pharisei:q̃d notat cum dicitur. Cuz intraret iesus in domū cuiusdā pncipis sabbato mādūcare panem. In domo pncipis ⁊ aliorū peccatorū dns frequēter comedit,ppter eorū emendationē ⁊ ppter sanctitatis ostensionē:que in dilectione inimicoꝝ demōstrat vide.s.de dilectione inimicoꝝ. Nota q̃ inimicoꝝ gulosorum describunt q̃nq̃ modi.ij.parte.titu.vj.c.j.§.v.vj. vij viij.et.ix.et de gula vide.s.ibi. Et ipsi obseruabāt eum ⁊c.

Secundū est ostensio diuine veritatis quoad curatōez hydropici cū dicit. Ecce homo q̃dā hydropicus. Venerabilis Beda in omel. hodierna assimilat istū hydropicum auaro.nam hydropicus habet quattuor miserabiles conditiones. Est em tumidus:mollis:pōderosus:et cōtinuo sitibundus.de auaris vide.s. Licet sabbato curare. In quibus verbis duo tangunt. scz iusta occupatio bonorū cum dicit. Licet.recta vitatio malorū cum additur.curare Debemus igit primo diebus dificis operibus bonis nos occupare.secūda parte ti.ix.ca.viij.§.iiij.in pncipio.debemus secūdo vitare mala in istis diebus ⁊ bene illos celebrare. De festoꝝ celebratione vide.s. Cuius vestrū bos aut asinus in puteuz cadit ⁊c. vide.s.misericordia. Per bouem sapiens quilibet figurat:⁊ per asinuz stultus: vel homo interior ⁊ exterior.per puteū intellige peccati periculositatē vel cōcupiscentie vilitatez. Tertiū est doctrina humilitatis:⁊ hoc in ppositione parabole ⁊ filiudinis pro quo additur. Cum inuitatus fueris ad nuptias. Hic saluator sub quadā parabola dissuadet elationē et supbiā ⁊c.et tria facit. Primo supponit exaltationem.secundo dissuadet exaltati elationē. tertio apponit retrahentē ab elatione rationē. Textus est planus. Exequendo sensuz morālem.d⁹ q̃ hic duo notant scilz que sunt iste nuptie que via ad ipas veniēdi. Varie nuptie spūales describuntur.quarta parte.titu.xv.ca.xxviij.xxix.⁊.xl.⁊c. Qui se humiliat exaltabit. Primo hortat dominus vnumquēq̃ nostrum ad meritū virtuosum cum dicit. qui se humiliat. secūdo spondet premiū gloriosum cum addit. exaltabit, de humilitate vide quarta parte.ti.iiij.ca.xij. per totum. Esto ergo paruus in oculis tuis vt sis magnus in oculis domini. tāto em apud deum eris preciosior quāto fueris in oculis tuis et aliorum despectior ⁊c.

Dominica.XVIII. Super epistola.j.ad Corinth.j.

que sic incipit. Gratias ago deo meo semp p vobis in gratia dei que data ē vobis in xpo Jesu. In precedenti epistola instruit prlatos ecclesie apostolus q̃ exemplo sui debent ostēdere se habere ad subditos affectum delicatū ipos de bonis cōmendando. quod facit apostolus in ista epistola sic,pcedendo. Primo assurgit in dei laudem ⁊ gratiarūactionem dicens.gratias ago deo meo. In quibus verbis apostolus nos de duob⁹ informat.scilz deo gratias agere cum dicit.gratias ago: beneficia dei recolere addēs deo. Dico primo q̃ debemus deo gratias agere de multis beneficijs collatis. Secūdo debemus eius beneficia recolere semper ⁊c.de quo supra beneficia triplicia.⁊ etiam de gratiarūactione ⁊ de ei⁹ opposito scz ingratitudine.secūda parte.titu.iij.cap.ix.⁊.§. primo scdo tertio quarto q̃nto ⁊ sexto. Quia in omnib⁹ diuites facti estis ⁊c.que dicuntur diuitie spūales.secunda parte.titu.quarto.cap.primo.§.secūdo circa medium.ibi. Diuitie spirituales. Ubi subiūgit secūdo laudis predicte condignam rationē ⁊c. vt nihil vobis deest in vlla grana. de qua vide.s. Tertio dat sanctis spem glorie expectantibus reuelatione domini nostri iesu christi scz visionem et cognitionem christi que post mortem prestatur cuicunq̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

fideli.de ista diuina visiõe vide.s. Quarto excludit oẽm superbiendi occasionẽ in fine. In die ac...tus dñi nostri iesu xpi. quem quidem diem semper habere debetis ante mentis oculos: vt semper timeatis 7 omnem superbiam a vobis removeatis.de timore vide.s.sub littera T.scilz timor.

Super euãgelio Matthei.xxij.quod sic incipit. Pharisei audientes q̃ iesus silentiũ imposuisset saduceis:conuenerunt in vnũ. In hoc euangelio in aliquibus instruimur. Primo de modo viuendi 7 diligendi saluberiter quoad vniuersos.ibi. Diliges dñm deum tuũ. Interrogauit eum vnus legisdoctor: temptãs eũ. quomodo deus vario modo a nobis temptatur:vide.ij.par.tit.iij.c.x. per totũ. Diliges dñm deũ tuum 7c.j.par.ti.iiij.c.xiij. infra principiũ.7. §.ij. Item ista dilectio dei vario modo describitur iiij.parte.titulo.vj.c.iij.7 principaliter.§.v.Diliges dñm deum tuũ 7c.hoc est maximũ 7 primũ mandatũ. iiij.parte.titulo.vj.c.v.vide etiam per omnes.§.de dilectõe dei 7 proximi:quomodo est sub mandato siue precepto. Secundum est simile huic:diliges proximũ tuũ sicut teipm. iiij.parte.titu vj.c.iiij.vide etiã.s.de dilectione proximi.

Secundo de modo credendi veraciter quoad dubios: ibi.Congregatis autẽ pharisei.scz qui ad temptandum venerant:interrogauit eos dicens.quid vobis videtur de xpo? In quibus verbis duo notantur.scz peccatoris iniquitas detestabilis:cũ dicit.Quid vobis videtur.Salutoris pietas mirabilis:addẽs de xpo. Dico primo q̃ peccatorũ quorũdã adeo magna est iniquitas: q̃ de omnibus beneficijs a xpo receptis ingrati sunt:imo de xpo eis nihil videtur:de quo vide.ij.parte.titu. iij.c.ix. per totum. Secũdo notatur mirabilis dei pietas q̃ sic dissimulat cũ peccatoribꝰ.de peccatoribꝰ vide.s.Sede a dextris meis. Nota q̃ legimus xpi quadruplicẽ sessionẽ.Primã quo legitur sedere super cherubin.de qua in ps.per quã intelligimus eius generalẽ respectu oim cognitionẽ.de qua cognitione dei vide plenius in euangelio primo dñice post octauas pasche.super verbo:cognesco oues meas. Secundã in medio doctorũ.de qua in Luca.per quã intelligimus eiꝰ vtilẽ predicationẽ. Tertiã a dextris dei. per quã intelligimꝰ plenã premiorũ fruitionẽ.Quartã in sede maiestatis sue.de qua.s.in secunda dñica aduentus dñi.per quã accipimus vniuersalẽ meritorũ discussionẽ.

Dominica.XIX.Sup epistola ad Ephe.iiij.que sic icipit.

Renouamini spiritu mentis vestre:7 induite nouũ hoiem qui fm deum 7c. In ista epistola apostolus docet quattuor seruare. Primo mentem renouare dicens. Renouamini spiritu.q.d. vos peccatores qui diu portastis tunicã veterẽ renouamini. Nota q̃ homo est renouandus sicut serpens per cõtritionẽ. sicut aquila per confessionis frequentiã.7 sicut arbor per fructus abundantiã. Secundo docet linguã rectificare, ibi.Deponẽtes mendaciũ loquimini veritatẽ vnusquisq̃ cũ proximo suo. In quibus verbis apls duo ostendit.scz mendaciũ fugere:cũ dr. Deponentes mendaciũ.Veritatem amplectere.cũ additur.loquimini veritatẽ. Dico primo q̃ omne mendaciũ est fugiendũ.de quo.s. 7 de multiplici locutione quanta mala facit.j.par.tit.ij.c.iiij. in pn. 7.§.iiij.7.v.Secũdo quõ ipsa veritas est amplectẽda 7c. de qua.iiij.par.ti.v.c.xv.Irascimini 7 nolite peccare.De ipsa vide.j.par.ti.vj.c.xj.7.ij.par.ti.vij.c.j.per totũ.Sol non occidat super iracundiã vestrã.ij.par.ti.vij...vj.§.v. infra pnci. Tertio docet manibus laborare:ibi. Qui furabatur iam non furetur. magis aũt laboret operando manibus.quid manus ista significat:7 quid eius q̃nq̃ digiti habetur.ij.par.ti.ij.c.j.§.v.Qui furabatur iam non furetur.i.deinceps aliena sibi nõ vsurpet quocũq̃ modo dño multo:sed magis laboret manibus 7c.dicit autẽ laboret: q̃ o ciũ solet esse occasio peccandi.de quo vide.s. Quarto docet laborẽ aliis cõicare:ibi. Ut habeat vnde tribuat necessitatẽ patienti.de misericordie operibus vide.s.

Super euãgelio Matth.ix.qd sic incipit. Ascendens iesus in nauiculã transfretauit 7 venit in ciuitatẽ suã. In hoc euãgelio circa istius paralytici curationẽ varia notantur 7 describunt. Primo.s.effectus dñice passionis: vt patet in pncipio.s. ascendens iesus in nauiculã.Triplex nauis describitur.ij.par.ti.ij.c.j.§.xxiij.xxiiij.7.xxv.7 venit in ciuitatẽ suã.s.capharnaũ. Secõdo describit sollicitudo fraterne salutis: ibi. Ecce offerebãt ei paralyticũ iacẽtem in lecto 7c.vide.s.ibi.Infirmitas. Cõfide fili remittũtur tibi pctã tua. In quo vbo dñs duo facit. Primo enim egrotãtis animũ erigit ne desperet. Secõdo ei absolutionis beneficiũ impẽdit dũ pctm indulget. Tertio describitur manifestatio diuine vtutis:ibi.Videns aũt iesus cogitationes eorũ 7c.Surge 7 ambula. In q̃b vbis duo notantur. scz despectio cupiditatis:cũ dr. Surge.affectꝰ pietatis cũ additur.Et ambula. Debemꝰ primo cupiditatẽ despicere.secũdo.ij.par.ti.j.c.j.§.j.7 sub lra A.scz auaricia. Secõdo debemꝰ opa pietatis 7 mie exercere.de q̃b vide.s.mia. Surge tolle lectũ tuũ 7 vade in domũ tuã.Domꝰ ista mozalizatur.j.par.ti.iij.c.x.§.vj.post pnci. Quid cogitatis mala in cordibꝰ vestris?.Cordiũ sunt septẽ dñe:7 que mala ex ipsis pueniunt.j.par.titu.iiij.c.xiij.§.iij.vide etiã.s.cor.

Quarto describit admiratio ppli assistẽtis:7 in laudẽ ille gratiarũ actionẽ extollẽtis:ibi.Videntes aũt turbe timuerũt.de timore vide.s.sub lra T.7 de gratiarũ actione.

Dominica.XX. Sup epistola ad Ephe.v.que sic incipit.

Videte quo caute ambuletis:non quasi infipientes:sed vt sapientes 7c. In epla precedenti imperauit apls a peccatoribus deformatis per culpã:per pniam ad vite redire reformationẽ.Et q̃m per reformatio fit regularit fiue formalit per gratiam: que cito amittit nisi hõ sibi caueat ppter multa pericula:multasq̃ hostiũ insidias. ideo pnter in ista iu...at peccatoribꝰ penitentibꝰ iã reformatis p gratiam vigilantiã ad reformatis gre seruationẽ dicẽs.Videte quõ 7c. ...uia vo...istam seruationẽ multũ faciũt quattuor.s.cauta uersatio:attenta cogitatio:impedientiũ amotio:7 iuuantiũ applicatio:idcirco in tota ista epla apls quattuor pslaudẽ. Primo quidẽ cautã uersationẽ dicẽs.Videte quõ caute ambulatis 7c.quõ debemꝰ esse prudentes in pseni vita in spuali pugna 7c.iiij.par.ti.ij.c.ij.§.v.infra pn.7 post p totũ.vide etiã.s.de varijs vijs in q̃b diuersi diuersimode ambulant. Secõdo psuadet attẽtã cogitatõẽ dicẽs. Propterea nolite fieri ipudẽtes:s intelligẽtes.s.int in mẽte legẽtes. de pudẽtia vide.s. Tertio psuadet ipedimentorũ amotionẽ:cũ dic. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. In quibꝰ verbis specialr duo notant.s..phibet vitiũ gule cũ dicit. Nolite iebriari vino. Predicit febrẽ luxurie addẽs. in quo est luxuria. Prio debemꝰ cauere ebrietatẽ. de q.s. Secõdo debemꝰ fugere luxuriã:q̃ dissipat subam aie 7 corporis.de qua.s. Quarto subiũgit iuuantiũ appositionẽ dicens.sed implemini spusctõ 7c. Et sciẽdũ q̃ apls iubet q̃nq̃:q̃ si sint in hoie:vtã eiꝰ honestã efficiũt.grãs dei in eo custodiũt: 7 tandẽ ad vitã eternã perducũt: que scz sunt spusscti receptio:scripture instructio: spualis exultatio siue gaudiũ:iugis gratiarũ actio: 7 pfecta humiliatio.q̃ q̃nq̃ patẽt in sequentibꝰ in ista epla.de quibꝰ.s. in tabula locis sibi adaptatis.

Sup euãgelio Matth.xxij.qd sic incipit. Simile factum est regnũ celorũ homi regi qui fecit nuptias filio suo. In isto euangelio quattuor principaliter describunt. Primo festiualis preparatio optati couiuij:vt ps in pncipio. qui fecit nuptias filio suo.istud aliqualiter describit. ij. par. ti.j.c.j.§.j.post med.ibi.Secundũ uiuiũ. Nuptie vario mõ describũt.s.spuales.iij.p.ti.xv.c.xxxviij.xxxix.7.xl.de nuptijs carnalibus;vide.s.matrimonium.Secundo docet laborẽ aliis cõicare:ibi. Ut habeat vnde tribuat necessitatẽ patienti.de misericordie operibus vide.s.

scribitur liberalis conuocatio inuitati collegij. ibi. Misit seruos suos.id est predicatores verbi dei:7 nolebant venire.hoc non fecerunt ex ignorantia sed ex certa scientia. vide.s.de patientia vel de cordis duritia. Illi autem negligerunt 7c.de negligentia vide.s. Sed abierunt alius in villam suam.quãtum ad ambitionẽ superbie.7 alius ad negociationẽ suam.scilicet quoad cupiditatẽ auaricie.de quibus.s.in tabula.7 de negociatoribus.s. Omnia parata sunt venite ad nuptias. Et septẽ sunt genera bonorum que hic appetũtur in patria possidẽtur.iiij.parte titulo.vij.cap.vij.§.x. Tertio describitur punitio finalis cõmissi flagitij.ibi. Intrauit autem rex 7c. Hic declarat eiusdem seueritas quoad iusticiam in futuro.Et hec seueritas in tribus attendit.scilicet in discretiõe: in obiurgatione:7 in cõdemnatione: que tria patent in sequẽtibus. In presenti euãgelio. de diuino iudicio vide.s. Amice quomõ huc intrasti nõ habens vestem nuptialẽ.prima parte titu. v.cap.ij.§.iiij.post mediũ.ibi.Quinto ponit. Ubi tria facit.scilicet cõmendat gratiã:quia amicus vocat: arguit imprudentiam:7 excludit negligentiã.quasi diceret. vsurpasti nomen cuius re caruisti:occupasti tibi locus in ecclesia quo dignus nõ fuisti: intrasti religionẽ quã non seruasti, primũ principalius pertinet ad laicos. secũ ad clericos: tertium ad falsos religiosos. Quarto describitur finalis diffinitio diuini iudicij.ibi.Multi sunt vocati pauci vo electi.Ubi duo notantur.scilicet vocãtis benignitas.cum dicit.Multi sunt vocati. Tardãtis malignitas: cum addit Pauci sunt electi.Primo magna est dei pietas que multos ad gloriã vocauit: nec cessat vocare. quomõ diuersos diuersimode vocat.vide.j.par.titu.v.c.ij.§.vj.Secũdo notatur prauitas tardẽtis peccatoris: qui patrẽ vocantẽ refutat opprobriose.

Dominica.XXI. Sup epistola ad Ephe.vj que sic incipit.

Cõfortamini in dño 7 in potẽtia virtutis eius. Iniusta epla apls imparat omnibus hoibus iustis tam incipiẽtibus q̃ proficiẽtibus: 7 q̃ pfectis virtualẽ audacia 7 spiritualis pugne superationem.7 duo facit. Primo eũ monet nos animari armari ad spiritualẽ pugnã dñi. Cõfortamini in dño. Ista fortitudo describit...j.pte ti.xiij.c.ij.§.v.post me. Ite de fortitudine vi de.s.ibi.Fortitudinis.Et induite armaturã 7c.quasi tota epistola exponit.iij.parte ti.iiij.c.j.§.v.7 arma spiritualia que sunt:7 quomõ cũ ipsis spiritualiter pugnare debemꝰ. habet.iiij.par.ti.j.ca.iij.§.j.etiam aliqua.ij.§. Ut possitis stare aduersus insidias diaboli.de quo vide.s.ibi. diaboli tentatio. Secundo assignat necessitatẽ ista faciendi, ibi. Quoniã nõ est nobis colluctatio aduersus carnem.Istud bellũ spirituale describit.iij.parte ti.iiij.ca.j.§.iij. Tertio reperit monitionẽ arma sum...ti.ibi.propterea accipite armaturã 7c.Ista arma describunt spualiter quarta parte titu.j.c.iij.§.j.7.ij. In quibus verbis apls hortatur nos specialiter ad duo.scz ad virtutis exercitationẽ:cum dicit. Accipite fiue induite.Salutis progressionẽ addens.vt possitis 7c. Primo eũ debemus virtutibus armari cõtra diabolum.cõtra varias ipsius tẽtationes.de quo vide.s. Secũdo debemus per patientiã bellare. de qua.iiij.parte ti...iij.c.vij.7.j.pte ti.v.ca.iiij.§.ij.post me.ibi.Quinta via. Quarto describit spualem armaturã.ibi. State ergo succincti lumbos vestros in veritate.Ubi beatus paulus apostolus 7 in sequentibus etiã eplis describit septem genera armorũ spiritualiũ.scz cingulũ angelice castitatis: loricaz rectissime equitatis scz iusticie:calciamentuz diuine amicitie:scũ fidei:galeam spei:gladium diuini verbi siue pdicationis:lanceã deuote orationis.de omnibus istis vide s.in locis ad hec adaptatis.Et de quadruplici gladio vide singulariter tertia parte titulo.xx.cap.iij.§.secundo.Et de alio multiplici, quarta parte titulo, xv,capit, xxxvj, per totum.

Super c...nge.Job.iiij.qd sic incipit. Erat quidã regulus cuius filius infirmabat. In hoc euãgel.ostenditur quõ saluator noster p quoddã miraculũ declarauit suam potentiã. Primo quidẽ miraculũ describit ibi. Erat q̃dã regulus cuius filius infirmabat capharnaũ. In quo vbo describit status cuiuscũq̃ pruincie siue regni:7 cuiuscũq̃ ciuitatis aut castri triplẽ. Primo q̃tũ ad pncipẽ psidẽtes Secũdo quantũ ad plebẽ obsequẽtem. Tertio q̃tum ad locũ iudicis cõgruentẽ 7c. Cuius filius infirmabat.de infirmitatibus vide.s. Descẽde priusq̃ moriat filius meus In quibus verbis duo pponunt.scilz mirabilis operatio charitatis:cum dr. Dñe descẽde.laudabilis obuiatio calamitatis addẽs:priusq̃ moriat.Dico primo q̃ charitas dei eũ fecit descẽdere vt nobis exemplũ pberet vt charitatez ostẽderemus primis.de charitate vide.s.Secũdo deus nostre calamitati 7 miserie obuiat:7 sua grã preuenit. de gratia vide.s. Priusq̃ moriat.de morte vide.s.Vade filius tuus viuit. In hoc verbo mozalr loquẽdo xpus nos hortatur ad spuale exercitiũ:cũ dr. Vade.pmittit affectũ fructuosum:cũ addit.filius tuus viuit. Nota q̃ xpus istuz moriturũ viuificauit:quia dñs specialr viuificat a triplici morte.scz nature culpe 7 miserie.de qua vide.s. Meridiana hora septima reliqt eũ febris.Conuertẽdo ad nostram doctrinam mozalẽ.Dico q̃ in ipo tria describunt scz peccati periculositas:gratie ipm excellẽtis vtuositas:7 ipsius expulsionis celeritas. Nota q̃ septẽ sunt que ad remissionẽ peccati hominẽ disponunt.In quo vltimo febris peccati hominẽ reliquit. Primũ est timor. Secundũ cõsideratio que inducit ex timore.Tertiũ cognitio que sequit ex cõsideratione.Quartũ attritio siue abominatio que sequũt ex cognitione. Quintũ deliberatio.nam anima contrita incipit deliberare quid sit faciendũ. Sextũ est conuersio quia facta deliberatõe eligit anima conuerti ad dominũ Septimus est contritio in qua reliquit hominem febris. vide.s.de peccatis.et de contritione vide.s.

Dominica.XXII. Super epistola ad Phil.j.que sic incipit.

Cõfidimus in dño iesu qm̃ qui incepit in vobis opus bonũ perficiet vsq̃ in diem iesu christi. In qualibet nãq̃ istarũ tria vitiorũ epistolarum apostolus explicabat sue volũtatis viscerosum desiderium quod habebat ad pfectũ illorũ quibus pdicabat: pmittens eis diuine pietatis beneficiũ. In ista igit epla generalr duo facit:que interdũ pdicatorũ euãgelicꝰ facere debet ad cõsolationẽ auditorũ. Primo pmittit diuine pietatis bn...iũ scz ptinuationẽ gre:pseuerãtiã in sanctitate vsq̃ ad cõsummationẽ vite:q̃ dñ est maius beneficiũ quod diuina pietas dat hoibus in hac vita. Unde dicit confidimus. Dico nõ in nobis sed in dño iesu qui dicit Job.xvj. Confidite ego vici mũdũ. Quid supple cõfidimꝰ. Certe de nobis melioza 7 vicinioza saluti. Ista autez melioza et vicinioza saluti sunt ptinuatio gratie.de qua.s. et pseuerantia in bonis.De qua.s. Secũdo exprimit sue voluntatis desiderium.7 hoc ex duobus.scz ex affectiõe interiori, ibi.Sicut est mihi iustũ hoc sentire p omnibus vobis 7c. Ubi apostolus tangit q̃nq̃ scz ipam affectionẽ:affectõis causam:affectõis vehementiã:affectionis materiã:7 affectionis formaz siue mũdiciam.vt patet in sequẽti. Tertio explicat sui desiderij interiorẽ affectionem vel affectum: dicens.hoc oro 7c. Ubi sciendũ q̃ apostolus orando devote post...at q̃ntuplicem profectum quem prelatus subditis suis 7 predicator pro auditoribus suis postulare debet orando:sancte dilectionis siue charitatis: pie cognitionis:munde cõuersationis:bone opinionis:digne laudationis 7 gratiarũactionis.que q̃nq̃ patent in sequẽtibus.de charitate 7 dilectione dei et proximi:7 de gratiarumactione.vide.s.in tabula locis debitis.

Sup euãg.Mat.xviij.qd sic incipit.Simile est regnum celorũ homi regi q̃ vo,rõez ponere cũ ser.suis 7c. In ẽ euã

Universidad de Deusto
Biblioteca

Do.XXIII.XXIIII.⁊.XXV.post trinitatis

gelio agitur de redditione duplicis ratiõis. . hoc fm duplex dei fozũ.scz miscõie in hac vita: ⁊ iusticie post hãc vitam. Primũ in prima parte euãge.vbi dimittunt oĩnia seruo neq; qõ est de foro misericozdie.Scõm in secũda parte vbi traditur tozozibus quod est de foro iusticie.Uel magis breuiter dicas q̃ in presenti euange.declarant effect' misericozdie ⁊ iusticie dei circa hominẽ peccatozẽ.Primo effectus miscõie declarant in tribus scz in discussiõe merl tozũ qõ notat in p̃n.cũ dicit.Sile est reg.ce. bo.re. q̃ vora.po.⁊c.exponit de aia separata.j.p.ti.v.c.ij.§.iiij.p' p̃n. vide.s̃.de diuino iudicio. Oblatus est ei vnus q̃ debebat x.milia talẽta exponit tex.j.p.t.v.c.ij.§.iiij.p' p̃n.ibi Quãtũ ad p̃mũ.x.milia talenta sunt oĩnia bona nobis cõmissa. Uel fz Aug.debbis dñi sunt.x.p̃cepta q̃ dicunt.x.milia p̃pter suã p̃fectionẽ.de q̃bus.j.p.titu.xiiij.c.iiij.⁊ p oĩnes.§. Redde qõ debes.Ubi duo notant.s.actio creditozis ⁊ obligatio debitozis:debitozẽ eẽ obligatũ denũciat. Est ãt no tãdũ q̃ hõ aliq̃d dz dño deozaliq̃d ꝓrio:aliq̃d aĩ sue:⁊ aliq̃d cozpozi suo.Debet deo obedientiã in p̃ceptis:reuerentiã impmissis:⁊ gratarũ actiõez in flagellis.Debem' primo supportationẽ in sua infirmitate in varijs opibus miscõie Debemus tertio cozpi nr̃o tria.s.nature refectionẽ in sua necẽ.refrenationẽ in suavoluptate:⁊ exercitationẽ in oĩni scritate.Dẽm' ꝗrto anĩe nr̃e filt tria. scz vt mẽozia iugiter delectet:vt intelligẽtia hũliter eleuet.⁊ vt amozis eminentia spõsuz dulciter amplectet.Serue neq; oĩne debitũ dimisi. ⁊c. In q̃bus vbis tria cõtinẽtur.s.malicia pctõris:clemẽtia saluatozis:⁊ efficacia ozõnis.Nota q̃ tria faciũt seruũ neq;.s.inobedientia dñice volũtatis siue p̃ceptozũ:negligẽtia ꝓprie ꝓmoditatis: ⁊ incõpatiẽtia fraterne necitatis. Quantũ ad scõm nota q̃ ad dimissionẽ pcti tria faciũt.s.indulgẽtia fraterne offensiõis:pariẽtia illate tribulatiõis:⁊ insistẽtia deuote ozõnis. In tertio notat de ozõe Ille aũt noluit:sed abijt ⁊ misit eũ in carcerẽ. de q̃. ij.p.ti. iij.c.ix.§.iiij.Sic pr̃ me' celestis ⁊c.cozdiũ iniquozũ sunt sepẽ differẽtie,⁊ q̃ mala ex ipsis prouenĩũt.j.p.ti,iiij.ca.xiij. §.tertio.

Dominica.XXIII.sup epistola

ad Phil'.iij. que sic incipit. Imitatozes mei estote et obseruate eos q̃ ita ambulãt sicut habetis formã. In p̃cedẽti epla in psona eccle apls loquẽs ad ꝓsolationẽ fidelũ cũ hoc q̃ expressuz sue volũtatis desideriũ diuine pietati pmisit.vt ptz ibidẽ. In pnti epla ad cõsolationẽ eozũdem cũ hoc ꝓposuit eisdẽ in exẽplũ.ac p b̃ exprimit sue volũtat desideriũ.Et qm̃ illud tantũ bñficiũ nõ assequnt ..si pfecti in iusticia ⁊ pseuerãtes in ipa.iõ apls in hac epla summatim duo facit. Primo hortat fideles ad vite pfectionẽ dr. Imitatozes mei estote ⁊c. In qua pte apls tria facit. Primo ad sui imitationẽ attrahit eos dicẽs. Imitatozes ⁊c.et si supplenõ habetis me pnt̃z.Et obseruate eos q̃ ita ambulãt.s.de bono in melius ꝓficiẽdo sicut habetis formã nostrã.s.imaginẽ vite ⁊ doctrine. Scõo ab imitatõe malc ⁊ retrahit.ibi. Multi em̃ ambulãt q̃s sepe dicebã vobis ⁊c, quozũ de' vẽter est.Ubi tãgit aliq̃ mala q̃ sunt crucis inimicitia:dãnatio eterna:cozpis cura:vana glia:⁊ sapia terrena.De illis quinq; vide.s̃.in tab. ⁊ sup illud q̃rũ de' vẽter est vide q̃nq; modos gulosozũ.ij.p.t.vj.c.j.§.v.vj.vij.viij.⁊ ix. Tertio trahit fideles ad sui imitationẽ dr. Nr̃a aũt cõuersatio in celis est. In quo vbo nobis oĩdit primo ꝓtẽplatiõis actũ.Scõo declarat p̃tẽplatiõis obiectũ. ..ẽplatiua vita describit vario mõ.iiij.p.ti.x.c. iiij. p to. Quarto hortat apls nos ad pfectiõis tensionẽ. ibi. Fratres mei charissimi:desideratissimi gaudiũ meũ ⁊ coroa mã:sic state in dño. In q̃bus vbis hortat nos ad digne merẽdũ pr̃emiũ cũ dicit. Fratres.Ad debite attingendũ terminũ addens in dño.Debem' igit firmiter stare in seruitio dei. Secũdo nõ debem' deuiare a termino vere.de varijs vijs vide,s̃,sup illud.Gaudiũ meũ.De gaudio vide,s̃

Sup euãgelio Matth.xxij. qõ sic incipit. Abeuntes pharisei inierũt pfiliũ vt ꝓperet iesum in sermone. In hoc euãgelio duo p̃ncipalr describunt. scz tẽptatio veritatis:⁊ pfutatio tẽptatiõis. Tẽptatio iudeozũ appet mali cliosa in trib'. Primo tangit nequicia cozdis.vt patz in p̃ncipio. Lozdiũ iniquozũ sunt septem dñe.⁊ que mala ex ipsis puenĩũt.j.par.ti.iiij.c.xiij.§.iij.Scõo notatur fraudulentia sermonis. ibi. Magister scim' q: verax es ⁊c. qua intentiõe hoc dixerũt vide.iiij.par.ti.v.c.xv.§.j.⁊ de fraudulẽtia vide.ij.par.ti.j.c.xvj.p totũ.vel de adulatõe de qua vide,ij.par.ti.x.c.ij.Uia dei inveritate doces. Nota q̃ triplex est veritas.scz vite:doctrine:⁊ iusticie.de q̃b' vide.ij.par.ti.vij.c.iiij.§.v.infra p̃n.⁊.iiij. par.tit.v.c.xv, §.j.Quid me tẽptatis hypocrite: duplr exponit.ij. par. ti.iiij.c.vij.§.ij.circa med.ibi. Tertia est. Ostẽdite mihi nũmismã cẽsus. Nota q̃ hõ se dz ostẽdere trib'.⁊ hoc triplicifer. deo ꝓsciam verã p cõtritionẽ.presbytero maculã p verã cõfessionẽ. ⁊ primo emendã per satisfactionẽ ⁊c. Est em̃ triplex nũmus.s. cesaris:diaboli: ⁊ dei. Nũmus cesaris est materialis habens imaginẽ ipsius:cui sui nominis inscriptionẽ in signũ tpalis dñi inscripsit. Nũm' diaboli est aia peccatozis:cui diabolus stilo male suggestionis impzimit imaginẽ suã p pctozũ diuersitatẽ. de diabolo vide.s̃.⁊ de pctozẽ. Nũm' dei est aia rõnalis. q̃ aia triplr dr̃ imago vide.j.par.ti.j.c.j.p totũ. Tertio describitur ꝓfutatio tẽptatiõis: ibi. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: ⁊ que dei deo. In quibus verbis de duobus instrui..ur.scz qualr debeatur dño tpali honozẽ obedientia:dño eternali amozẽ reuerentia. Primo debem' superiozibus honozẽ impendere.iiij.par.tit.v.c.x.infra med. ⁊ §.j.⁊.ij.Et de obedientia vide ibidẽ.c.xj. Scõo debem' cozpi nostrũ deo reddere ⁊ dirigere.de cozde vide.s̃.Et de dei dilectione vide.s̃.sub littera D.scz de dilectione. Reddite que sunt cesaris cesari . applicat aũ census ⁊ tributa quõ sunt danda de quib' ⁊ de quib' nõ.iij.par.ti.xij.c.iiij.

Dominica.XXIIII.Super

epla ad Col'.j.que sic incipit. Nõ cesi..mus p.. Ais oãtes ⁊ postulantes:vt impleamini agnitione voluntatis. In duabus eplis precedentibus apls loquens in persona ecclesie ad ꝓsolationẽ fideliũ expressit intensum desideriũ sue volũtatis:⁊ promisit immensum beneficiũ diuine bonitatis. In hac aũt tertia epla eodẽ modo pcedens cum hoc q̃ exprimit suã affectionẽ pmittit eterne hereditatis possessionẽ. Duo facit in presenti epla. Primo em̃ exprimit sue volũtatis desideriũ qõ habebat ad pfectũ fidelitãt quod habere debet quiliber prelatus ⁊ predicator apostolicus.s.primo in deuota ozõne dicens. Non cessamus pro vobis ozantes. De oratione vide.iiij.par. tit.v.c. viij. per totũ. Secũdo q̃tũ ad ozõnis sue finalẽ causam subdit. Ut ambuletis digne. Ostendit em̃ hoc ꝓpter vtilitatem eozũ p quibus ozat dicens: vt ambuletis digne. scz de bono in melius. In omni ope bono fructificantes.i.multiplicantes virtutũ bona.s.negocia tam actiue q̃ contemplatiue. Ambuletis digne deo per omnia placentes. vbi aplus facit tria. Primo hortatur nos ad bonã opationẽ. Scõo dirigit bone opationis faciendẽ intentionẽ. Tertio innuit intentionis recte totalẽ cõsummationẽ. de operibus vide.s̃.⁊ de intentione vide.s̃. In omni virtute confortati.de virtutibus vide.s̃. In omni patientia.de quarde.iiij.par.ti.iij.c.vij.per totum. In longanimitate ..gaudio,de gaudio vide.s̃.

Dominica.XXV.epistola

habet Hiere.xxiiij.⁊.xxxij.c.Euãgelũ hr̃.s̃.in dñica Letare.Sup euãg.Mat.ix.qõ sic incipit. Loquẽte iesu ad turbas ecce p̃nceps vnus accessit ad eũ di. Dñe filia mea mõ defuncta ẽ ⁊c. In b euãgelio q̃tuor nob p ozdinẽ describũt. Primo necessitas supplicãs cogẽs ad postulãdũ

vt pz in p̃n.vbi.s̃. In quo nobis dat exẽplũ siue documẽtũ q̃ nõ solũ pater carnalis:sed etiã spũalis.s.prelat' cuius cũ ꝓgregatõis tenet ozare,p subd ⁊ specialr,p eo quẽ videt vicinũ p̃cipitio culpe mortalis vl'iã mortuũ in peccato mortali:q: sanguis subditorũ de manib' platozũ req̃rit.de q̃b' vide sub lra P.s.platozũ. Dñe filia mea mõ defuncta est. ⁊c. In q̃b' vbis instruunur de duob'.s. quõ moriũur p absentiã dei penalr:cuz dr̃. Dñe filia mea mõ defuncta est.⁊ viuim' p p̃sentiã ipsi' spũalr:addens. Ueni ⁊ ipone ma, ⁊c. De morte vide.s̃. Scõo describit dignitas miserãtis petẽs ad erogandũ:ibi. Surgens iesus sequebat eũ ⁊ discipuli ei'. In hoc dat forma subdit obediendi:q: tã facile acq̃erit inferiozi se. Itẽ parib' exequendi. Itẽ plozib' aias mortuas vel ad morte dispositas vtilicãdi. Itẽ in hoc dat fiducia grẽ ipetrãde p vtutẽ ozõnis. de istis vide.s̃.in tabula. Tertio describit immensus liberãtis patens ad adiuuãdũ.ibi. Ecce mulier ⁊c. Si tengero fimbriã vestimẽti ⁊c. Est aũt notabile q̃ accessit: accedẽs dixit:dicẽdo tetigit: tãgẽs curationẽ accepit.q: his trib' fide:vbo:⁊ ope acq̃rit ois sal'. Uel mystice vestimentũ xpi est ei' caro.s.qua vbũ eternũ quodãmõ vestiebat. In fimbria vestimẽti ei' passio.tãgere aũt fimbriã vestimẽti est credere fide formata ⁊ imitari siue sequi xpi passionẽ.ex quo tactu sequit curatio oĩs pcti ⁊ collatio oĩs grẽ. Lõfide filia:fides tua te sal. fecit. Fidei augmentũ ⁊ magnitudo describit.iiij.par.ti.viij.c.iij.§.iiij. v.vj.⁊.vij. Quarto describit celebritas publicanẽ mouens ad redonãdũ.ibi. Et ecce ecce fama hec tãte.s. cõmẽtie q̃ afflictoz pcib' cõdescẽdũt.tante sapie q̃ fic oia ozdinat: ⁊ tante potentie q̃ talia ⁊ tanta pegit in vniuersam terrã.

Sequitur de sctis in particulari.

Et hec est vltima notula. Et primo.

b Et sctõ Iohe baptista habes fmouẽ.iij, par.tit. xxxj.c.vij. per totũ.

De sctõ Iohe ponunt decẽ p̃uilegia.iij. par.ti, xxij.c.v.§. vj. vsq; ad finẽ.

De sctõ Petro a.. ..hr̃ fmo allegozice.iij.p.ti.xx.c.iij.aĩ

Itẽ ptãs ecclesiastica signata per claues data ẽ (j.§. beato Petro apl'o.vbi ponunt septẽ potestates q̃b' beatus Petr' pcessit alios apl'os.iij.par.ti.xxij.c.iij.

Pro cõmemoratiõe vel cõuersione bti Pauli habet notabilis sermo.iiij.par.tit.x.c.vj.per totũ.

De beata maria magdalena p fmone de multiplici amore habet.s̃.in tabula. Itẽ aliq̃.iij.par.tit.xviij.c.v.§.iij. Itẽ de vita actiua ⁊ cõtemplatiua que notat p Marthã ⁊ Magdalenã.j.par.tit.iij.c.vj. per totũ.

De Anna beatissima quõ significat per terrã. Gen.j. In p̃ncipio creauit de' celũ ⁊ terrã ⁊c.iiij.par.ti.xv.c. iiij. §.ij. Itẽ aliqua alia de eade ..idez.c. iij.§.ij. modicũ.j.

Beatissima mater Anna cũ viro suo Ioachim cõmendatur ex.xij. ꝓditiõib' vtuosis ex interpretatione nominũ in patriarchis.scz ab Abraã vsq; ad Dauid.iiij.par.tit. xv.c.vj.§.j.⁊.ij.

De beatissimo patre.s. Dñico quõ habuit illas decẽ grãs de quibus.j.Lozx.xij. Diuisiões gratiarũ sunt ⁊c.j.par. ti.v.c.ij.§.iiij. ante mediũ. ibi. De bonis spũalibus.

Beatus Dominicus quomodo disputauit cũ hereticis:⁊ de illesiõe sui libelli i igne.iiij.par.ti.xj.c.vij.§.v.i med.

De sancto Matheo: de iustificatione impij. vide.iiij.p. ti.ix.c.vj.per totũ. Placet etiã de campsozibus.iij.p. tit.viij.c.ij.vel de fraudulentia in negociatiõe.ij.parte, titulo.j.c.vj.§. ij.

De sanctis angelis habetur sermo.iij. parte. titulo. xxxj. c.v.quantum ad tria. Item de ipsis pro optimo sermone habetur ibidem.c.vj.per totũ. Item de eozũdem p pietatibus ⁊ choris vide.iiij.par. titu.xv.c. xliiij. quasi per omnes.§. Item quedam.j.par.titu.j.c.ij.§.ij. Item de ipsis vide.s̃.

De oibus i..ctis pontifi thema.qõ ⁊ declarat p sermone de ipsis vel de isto festo vide quarta parte.titu.vij.ca.v. §.v.per totũ etiã.§.vj.⁊.vij.vide etiã de octo bitudinib' in euãgelio istius diei.ibidem.c.vj.et p oĩns.§.

Item de multiplici misericozdia.vide quarta parte. titu. v.cap.xviij.per totum.

In die animarũ habet sermo.j.parte.ti.v.c.v.per totũ. vide etiã sub littera p.scz purgatozium.

De apostolis in cõmuni.

De apostolis habes sermonẽ quomodo scz sunt p̃ncipes ecclesie quomodo sunt dignificati a xpo ⁊c.tertia parte. titu.xxxj.ca.viij.per totum.

Apostolis quõ collata est sertuplex ptãs a xpo in terra . iij.parte.ti.xxij.c.iiij.§.j.vide etiã aliqua de ipsis ibidem titu.xxj.c.j.§.ij. Item quedã pulchra allegozice de ipsis habes tertia parte.tit.xviij.ca.j. De aureolis vide etiam tertia parte.ti.xxx.cap.viij.

Euãgeliste quõ figurari possunt per quatuo: elementa. pma parte.ti.iij.c.iij.§.ij.modicũ post p̃n. Super epistolis ⁊ euange.de cõmuni apostolozũ. Iam non estis hospites ⁊ aduene ⁊c. Ad Ephes.ij.

Super alia.

Scim' qm̃ diligẽ.deũ oia coopant in bo.⁊c. Roma.viij.

Sup illo. Quos pscium ⁊ pdestinauit ꝓformes fieri imaginis filij sui. Ista imago cũ suis filitudinib' vario mõ describit.pma parte.tit.j.ca.j.§.ij.

Super euange.in cõmuni.

Hoc est p̃ceptũ meũ vt diligatis inuicẽ. Job.xv. Ista dilectio describit.iiij.p.ti.vj.c.v.§.v. Super alio.

Ego sum vitis vera ⁊c. Johãnis.xv. In patientia vestra possidebitis animas vestras.ipsa patientia vario modo describitur.s̃.

Epistola de euangelistis habet Eccli. xv. que sic incipit. Qui time' deum faciet bona ⁊c.

De vno martyre milite vide

de tertia parte.ti.iiij.vbicunq; per totum.

Item de multiplici militia vide.s̃.

Item de armis fidei ⁊ bello spũali.vide.iiij.parte.ti.c.iij.§.j.et.ij.et.iij.parte.ti.iiij.c.j.§.ij.et.iij.

Item de pudentia militũ.vide.iiij.parte.ti.ij.ca.vj.p tot.

Item de multiplici martyrio.vide.iij.parte.ti.xxxj.ca.ix.

Item quarta parte.ti.iij.c.iij.per totum.

De martyrũ aureolis.vide.iij.p.ti.xxx.c.viij.p totum.

Item aliqua pma parte.titu.v.c.ij.§.xj.modicũ infra.

Item de patientia vide.s̃.in tabula.

Item de fide si placet applicare ad martyres. vide qrta parte.tit.viij.c.j.§.ij.iij.iiij.et.v.

Item de fortitudine triplici martirum.vide quarta parte ti.xiij.c.ij.per totum.

Sup epistolis in cõi vnius martyris.

Beatus vir qui in sapientia morabitur ⁊c.Eccli.xliij.

Super alia in cõmuni.

Beatus vir qui inuenit sapientiã ⁊c. Prouerb.iij.

Super alia in cõmuni.

Beatus vir qui inuentus est sine macula ⁊c.Eccli.xxxj.

Qui post aurũ nõ abiit nec sperauit i thesauris pecunie.

De diuitijs vide.s̃.in tabula.

Sup euãge.in cõi vnius martyris.

Si quis vult venire post me abneget semetipsũ ⁊c.Mat. xvj.et Lu.ix. Super alio.

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ⁊c. Johannis.xij.

Qui amat animã suam perdet eam. vide prima parte.ti. ij.cap.j.in med.ante.§.

Qui odit animã suam in hoc mũdo in vitam eternam custodit eam.ij.parte.ti.viij.ca.iij.§.iiij.post p̃n.Et prima par.. ..i.vj.c.iij.§.ij.circa finem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De pluribus martyribus.

habes sermonē de multiplici martyrio declaratū, iij. p. t. xxxj. c. ix. per to. Et de martyrio vide. s.
Itē de martyrū aureolis vide. iij. p. t. xxx. c. viij.
Itē de martyribus militib⁹. ⁊ de militia vide. s.
Itē de patiētia martyrū. vide. s.
Itē de fide martyr. ⁊ als de fide vide. iiij. p. titu. viij. c. j. §. ij. iij. iiij. ⁊. v.
Itē de martyrib⁹ ⁊ de triplici fortitudine eorundē, cū earū declaratiōib⁹. vide. iiij. p. t. xiij. c. ij. per to.
Sup eplis in cōi plurimor martyrū.
Lingua sapientū ornat sciam ⁊c. Prouerb. xv.
Super alia in cōi.
Justorū aīe in manu dei sunt ⁊c. Sap. iij. Visi sunt oculis insipientū mori. vide s. Et si coram hoibus tormenta passi sunt, de martyrio vide. s.
Tanq̄ aurū in fornace probauit illos. ⁊ quasi holocausti hostiā accepit eos.
Quō homo pōt fieri sacrificiū dei tripliciter. vide. iiij. p. t. xv. c. xxxv. per to.
Super alia in cōi.
Sancti p fidē vicerūt reg. Heb. xi. De fide vide. s.
Sup alia in cōmuni.
Expectatio iustor lericia ⁊c. Prouerb. x.
Super alia in cōi.
Justi aūt in perpetuū viuēt. ⁊c. Sap. v.
Super alia in cōi.
Reddet deus mercedem labor suor suorū. ⁊c. Sap. x.
Sup euāgeliū in cōi plurimor martyrū.
Cū audieritis prelia ⁊ seditiōes. ⁊c. Lu. xxi.
In patientia vestra possidebitis aias vras, de patiētia vide, iiij. p. t. iij. c. vij.
Super duobus alijs in cōi.
Descendēs iesus in monte. ⁊c, Luce, vj.
Et alio q̄ō incipit. Videns iesus turbas ascendit. ⁊c. Mat. v. de octo beatitudinib⁹: de q̄bus in istis euāge, ōr: describunt. iiij. p. ti. vij. c. vj. per to.
Attēdite a fermēto phariseor q̄ō est hypocrisis. Lu. xii.

De confessorib⁹ in cōmuni

De cōfessoribus ⁊ doctorib⁹ hēs notabilē sm̄onē de q̄drupli statu cōfessor. iij. p. ti. xxxj. c. x. ⁊ per oēs. §.
De p̄dicatorib⁹ hēs pulchra. iij. p. t. xviij. c. j. ⁊. iij.
De ep̄o vel plato de quadruplici signo electiōis a deo et nūc ad nr̄os plat⁹ ⁊c. iij. p. t. xix. c. j. §. iij.
De doctor aureolis. vide. iij. p. ti. xxx. c. viij. §. ij.
De multiplici malicia hēs. iij. p. t. iiij. c. j. per to.
Tripler martyrū sine sanguine describit. iiij. p. ti. iij. c. iij. §. ij. in fi. Et de alio vario martyrio vide. s.
De sacerdotib⁹ vide. ij. p. t. v. c. viij. §. ij. per to.
Pro sanctis religiosis ⁊ p recōmendatiōe religionis, vid̄ iij. par. ti. xvj. c. j.
De sctis regib⁹ vel dñis pro bono regimine. iiij. p. ti. iij. ca. vij. §. ij. plura vide in tabula ad ppositū.
Justi est multiplex bonū siue gaudiū. j. p. ti, vj. c, v, §, iij. circa me. ibi. Tertio est gaudiū.
Sup eplis in cōi cōfessor.
Dilectus deo ⁊ hoibus ⁊c, Eccli. xlv. moralizat. j. p. ti, ij. ca. ix. §. ij. infra mediū.
Elegit eū ex omni carne. Ista electio describit j. p. t. iiij. c. vij. §. iij. post pn. ⁊ hui⁹ electiōis sunt tria signa ibidem.
Et dedit illi cor ad. præcepta: de corde habes pulchra notabilia.
Super alia in cōmuni.
Ecce sacerdos magnus qui in diebus ⁊c. Eccli. xliij.
Sup per alia in cōi.
Optaui ⁊ datus est mihi sensus. Sap. vij, ⁊ est doctorū, de q̄bus v ide, iij. par, tit. xxxj. c. x. §, iij.
Super alia in cōi.
Justum deduxit dñs per vias rectas. Sap. x.
Super alia in cōi.
Doctrinis varijs ⁊c. ad Heb. xiij.
Super euangelio in cōi confessor.
Sint lūbi vestri pcincti. Luc. xij. vide. j. par. ti. v. c. j. §. x.
Super alio euāgelio.
Vigilate q: nescitis qua hora ⁊c. Math. xxiiij.
Super alio euāgelio.
Hō q̄dā pegre pficiscens vocauit suos suos: ⁊ dedit vni q̄nq̄ talēta: alij duo ⁊c. Mat. xxv. de isto euāgl. vide. s.
Super alio euangelio.
Nemo accēdit lucernā ⁊ in abscondito ⁊c. Luc. xi. de illo euāgelio vide. s.

De virginibus et viduis

in communi.
Virgitas describit per thema ex ps. per modū sm̄onis, ⁊ notabilr declarat. iij. par. tit. ij. c. j. ⁊ per oēs. §. Et. iij. par. ti. iiij. c. vij. ⁊. viij. ⁊. c. vj. §. vj. de qua vide. s.
Itē de aureolis vginū vide. iij. p. ti. xxx. c. viij. §. ij. ⁊. iiij.
Itē de vgib⁹ ⁊ viduis: ⁊ de triplici mrimonio vide. iij. par te. titu. j. c. j. §. j. Itē alia de vgibus vide, ij. par, tit. v. c. viij. §. j. per totum.
Viduitas describit per modū sermonis cū longis declarationib⁹. iij. par. ti. ij. c. iij. p to. ⁊. iiij. par. ti. iiij. c. vj. §. v.
Itē de mulierib⁹ sctis ⁊ castis vide pulcra. j. par. ti. j. c. §. ij. per to. Vide etiā de castitate ⁊ ptinētia p istis vgibus ⁊ viduis. s. in tabula.
Super eplis in cōi vi. ginū ⁊ viduarū.
Confitebor tibi dñe rex ⁊c. Eccli. li.
Super alia epla in cōi.
Qui gliat in dño glieť. ij. ad Cor. x. tripler exponitur ista glia ⁊c. ij. par. tit. iiij. c. j. §. j. per totū.
Emulor eū vos dei emulatiōe: quō hoc intelligit. ij. par. ti. viij. c. j. circa mediū, añ. j. §.
Super alia in cōi
Sapia vincit maliciā ⁊c. Sap. vij
Super alia de mulieribus in cōi
Mulierē fortē q̄s inueniet. Prouerb. xlī.
Super euangelio in cōi vginū.
Sile est regnum celor thesauro abscondito in agro ⁊c. Math. xiij. Super isto euangelio vide. s.
Super alio euangelio.
Sile est regnū celor decē vgib⁹ ⁊c. Math. xxv. Quinq̄ aūt ex eis erāt fatue ⁊c. q̄ per illas significant. j. par. ti. v. c. ij. §. v. in medio.
Pro laude ⁊ recōmendatione religionis: vide sub lra R. scz Religionis. per totū.
De frib⁹ p̄dicatorib⁹ ⁊ de c ūdē laude ex religiōe vid̄. s.

Pro dedicatione ecclesie

tā materiali q̄ spūali: vide varia notabilia.
Pro materiali vide. iij. p. tit. xij. c. j. ⁊ p oēs. §. et aliq̄. c. ij.
Pro spūali ⁊ etiā materiali vide. iij. par. tit. xij. c. vj. p to.
Itē ibidē. c. vij. p to. etiā. c. x. per to, Vide etiā varia notabilia sub littera E. scz Ecclesia,

¶ Tabula q̄ntuplex toti⁹ summe venerabilis dñi Antonini archiepi florēn. cōpilata p dñm Johānē molitoris fratrē ordis p̄dicator cōuent⁹ Coloñ. Impressa ac iterum nup reuisa ⁊ castigata: necnō plurimis in locis vbi l... la ac deprauata fuerat: haud mimo sane labore ad pristinū statū reducta. in officina pbiviri. M. Jobis cleyn vnd go schyab Lugd. Anno dño. M, cccc. ad kal. octobris.
Laus deo.

Registrum huius repertorij.
a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, oēs sūt qterni pter k, ⁊, l, q̄ sūt ternij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima pars totius sume maioris beati Antonini

Universidad de Deusto
Biblioteca
contemplatiua ego dormio ⁊ cor meũ vigilat: ⁊ hoc significat, ꝓpter silentiũ sensualis clausionis. Corpal' refrigerationis. Cẗpalis determinationis. Clausa est enim q̃ cũ homo dormit tenet sensus exteriores clausos: q; nec videt nec audit nec gustat nec odorat. Sic ꝓtẗplas sensus claudit ad ista terrena: q; distrahere habet animũ a subtili ⁊ fixa cõsideratiõe. Vñ psal. Si dedero somnũ oculis meis. i. sensib' exterioribꝫ: ⁊ palpebris meis dormitationem. i. curiosis inquisitõib': q̃ tãq̃ palpebre oculos intellectus coopiunt: ⁊ reḡem tẗporib' meis: id est affectibus carnalibus: sic inuenta locũ dño p gratie inhabitationeꝫ. Reficit etiã somn' mirabiliter ꝓfortat ⁊ nutrit: nõ minus q̃ cibus vt docet expictia. Fugat etiã tristiciã fm Aug. Delectameto somni cõuenientis nutritus sum. Sap. vij. Sic ⁊ cõtẗplatio sup oia recreat: nutrit ⁊ fortificat aiam ꝓpter qd dic spũs. s. alloquẗs electos se inferiores de anima ꝓtẗplatiua. Adiuro vos filie hierusalẗ p capreos: hinnulosq̃ ⁊ ceruos cãpoꝝ: vt nõ euigileẗis nec suscitare faciatis dilectã donec ipsa velit. Cãticoꝝ. ij. Loquit aũt sp̃ritus per occultũ instinctũ: adurat p interna exhortationem ⁊ monitionẗ: filias hierlm. i. animas fideles p capreas hinnulosq̃ ceruoꝝ p meritaꝝ expẗla scrõꝝ q̃ capreae dicunt ꝓpter velocẗ cursum. s. feruoris ad diuina actuũ visum. s. cognitionis ad spũalia leuẗ pastũ vt herbarũ: propter abstinẗtiã circa cibaria: hinnuli dicunt. i. parui cerui; ꝓpter longeuitatẗ pseuerãtie. Cerui eĩ diutissime viuunt ꝓpter supportabilitatẗ beniuolẗtie. Ceruis eĩ̃ gregatim ambulãtibus vn' ponit caput sup dorsum alteri'. Ex hoc docẗes illud ad Gal'. vj. Alter alteri' onera portate. Delectant ⁊ hinnuli inspicere humanã faciẗ: q̃d designat in electis humanitatis benignitatẗ: vt nõ suscitet, scz a somno cõtemplatiõis: nec euigilare faciatis: scz ad ista mũdana tractãda. Sõn' q̃ in firmus cũ debite sumitur signũ magnũ est future sanatiõis. Vñ dixerũt discipuli de Lazaro. Dñe si dormit salu' erit. Job. xj. Infirmi omẗs sumus in vita ꝑsenti spũaliter: ꝑpetua aũt sanatio et saluatio in supna glia. Huius aũt spande ꝓfecte saluũ, est actus debite cõtẗplatõis: iam eĩ̃ inchoare incipit statum futurũ. Cps aũt ꝓuenies cõis dormitiõis fm medicos est rẗpus septẗ horarũ. Sic in septẗ hoiis varijs quibus xps sustinuit passionẗ: dz q̃s dormire. i. attẗe meditari xpi multiplice afflictionẗ. Decet etiã cõtẗplari ⁊ maxima bona nobis in patria reseruata: vt roboremur ad uersa. Et de hoc somno ꝓtẗplatõis pulchra habem' figuraz. Geñ. xxviij. Qñ iacob dimissa domo paterna pegre cõstitutus in luza lapide capiti suppositõ: dormiẗs vidit scalã de celo attingentẗ: ⁊ angelos ascẗdẗtes ⁊ descẗdentes p eã ⁊ dñm scale innixũ eũ bñdicẗte. Iacob ... quidẗ in terptaẗ luctatoꝝ sine supplãtãs: ⁊ significat eũ q̃ vitia supplãtat eis dñans: parẗtes deserit cũ affectũ ꝓpinquoꝝ vt pegrinus in hac vita trãsit. Caput mẗtis lapidi suppõit: xpo se ꝓformãdo ⁊ clausis sensibus ad exteriora cõtẗplatur scalã diuini ꝓscẗsus ad patriã: ⁊ demũ a dño bñdictionem eternã recipit. De hac igit dormitiõe pot illud exponi. Lazar' amic' nr dormit. Jo. xj. ferie sexte q̃rte hebdomade in. xl. Et illõ aliud. Nõ est mortua puella sz dormit Math. ix. Quãtũ ad tertiuz dico q̃ dormitio significat mortẗ corpalẗ. Vñ in lib. Reg. cũ narrat de morte ipsorum d̃: dormiuit cũ pribꝫ suis. Designat aũt b̃ ꝓpter trinaz similitudinẗ. Primo q: sicut q̃ vadit dormitũ post somnum p aliqd tps exurgit: ita q̃ moritur post tps a deo p̃firũ resurget in nouissimo die. Vñ d̃: Dan. xij. qui in puluere terre dormiũt surgẗt. Scõdo q: fm dispositõẽz qua q̃s capit somnũ. s. infirmitatis vel sanitat, varia vidit in dormitione. Nã infirmus horribilia cernit: sanus ⁊ quietus suauia intuet. Et a dormitiõe q̃dẗ surgens infirmus totũ se reperit fractũ ⁊ debilitatũ. sanus autẗ roboratũ ⁊ ꝓfortatum. Sic spiritualiter qui capit somnũ mortis in infirmitate peccati mortalis videt horrenda et pauenda in gehenna ignis. Qui aut gra sanus assumit somnũ mortis bñ purgat' videt leta ⁊ iocũda supne patrie. Et denũ in vltia resurrectione ꝓfractior repiet peccator ⁊ robustior ⁊ felicior iustus. Vñ apls. Qñs quidẗ resurgem'? sz nõ omes immutabimur. Tertio et eo q̃ sicut somnus arripit aliq̃ hoiem ex ipe rato ⁊ ꝓ suũ velle: ita ⁊ mors hoiem interimit cũ nõ sperantur. Nescit eni hõ finẗ suũ. Eccẗs. ix. Et hoc quoad tertium.

Ps. cxxxi.

Somn' significat mortem.

De estimatiua ⁊ cogitationibus. Capl'm VIII.

Equitur de potẗtia

estimatiua que etiã cõmunis est nobis ⁊ bestiis. Et in nobis quidẗ dicit cogitatiua. Unde ⁊ hic de cogitatõibus inferemus. Est aũt potẗtia estimatiua ordinatiua ad apprehẗdendũ intentiões q̃ p sensum nõ accipiunt fm. b. Tho. in. i. pte. q. lxxxix. Necessariũ est eni aiali vt q̃rat aliqua vl' fugiat: nõ solũ q: sunt cõsonientia vl' nõ ꝓuenientia ad sentiendũ. ad qd ordinat sensus cõis ⁊ ꝓticularis exterior. sed etiã est necessariũ vt q̃rat aliq̃ vl' fugiat, ꝓpr aliq̃s alias cõmoditates ⁊ vtilitates ꝓsequendas: vl' nocumẗta vitãdo. sicut ouis vidẗs lupum fugit: nõ illã indecentiã coloris: sz quasi inimicũ naturẗ: ⁊ auis colligit paleã: nõ q: delectat sensum: sz q: est vtilis ad nidificandũ. Ad hmõi igit intẗrẗes apphendẗdum: ordinat estimatiua sicut ⁊ memoria ad eas ꝓseruandũ. ⁊ est cõis ista potẗtia nobis ⁊ bruti. Sz est differẗia q̃tum ad ꝓdictaꝝ intẗtionũ apphẗsione. Naz alia aialia ꝓcipiũt hmõi intẗtiones quodã naturali instinctu. hõ aũt q̃dã collectionẗ. Et iõ q̃ in aliis aialib' d̃: estimatiua in homie d̃: cogitatiua: q: p collectionẗ quãdã ꝓmõi intẗtiones adiuenit. Vñ ⁊ d̃: etiã rõ ꝓticular, cui medici assignant determinatũ organũ. s. mediã ptẗ capitis. Ueꝝ q̃ ista potẗtia sensitiua ⁊ ꝓcipue apphẗnsiua non pot ẗ ꝓtẗ. iõ in cogitatõib' hoim ꝓpt sunt in tali potẗtia nõ ẗ ꝓtẗ vl' meritũ: sz pt eis addit vl' suguenit aliqs effectus bonus vl' malus. Nota igit fm Tho. ij. ij. q. ij. ar. i. q̃ cogitare sumit tripl'. Uno mõ cõiter, p quam actuali ꝓsideratiõe intellect' siue ꝓueniẗdo ad clarã ⁊ certã cognitionẗ q̃d cogitat: vt cũ q̃s ꝓsiderat q̃ scit: sicut etiã aliq̃ ꝓgnatur ad ꝓfectionẗ cognitiõis p certã ⁊ clarã visionẗ. Secũdo mõ ꝓpẗ. s. solũ p ꝓsideratiõẽ itellect' cũ quadã inquisitiõẽ antẗq̃ ꝓueniat ad clarã noticiã rei. ⁊ b̃ cã ca intẗtiones vniuersales. Tertio mõ p quadã inq̃sitiõẽ ⁊ discursu circa ꝓticularia apphẗnsa a sensib'. ⁊ isto tertio mõ est act' hui' potẗtie cogitatiue: nec tñ est ibi pcẗs vl' meritũ nisi cooperãte itellectu ⁊ affectu aliquo mõ. Et fm b̃ mõ de cogitatiõibus agẗ. De q̃bus ps. Dñs scit cogitationes hoim. Quãtũ ad ꝓmũ sciẗdum q̃ cogitatiões quecunq̃ note sunt deo. Oia eni ante oculos eius. Heb. iiij. nuda ⁊ apta sunt oculis eius. i. cogitationi: ⁊ ita sunt ei note q̃ neq̃ angelo bono: neq̃ malo. Et q̃ ꝓmo ex se sciri pnt. Un dicit Hiere. xvij. Prauũ est cor hois ⁊ inscrutabile ⁊ q̃s cognoscet illd. Ego dñs scrutans corda ⁊ pbãs renes q̃ do vnicuiq̃ iuxta viã sua. Primum d̃: cor hois: q: inclinatum ad praua. iuxta illud Gen. viij. Sensus hois ⁊ cũcta cogitatio eius, pna sunt ad malum ab adolescẗtia sua. Inscrutabile d̃: q: ei' cogitationes nulla creatura scire valet. Vñ apls. j. ad Corin. ij. Quis hoim scit q̃ sunt hois. i. in cogitatõibus interioribus nisi spũs hois q̃ in ipo est. Quis g̃ cognoscẗ illũ. q. d. nullus. Si deo reuelãte, sic cognouit Helise' cogitatões malas uaricie: q̃b' mot' fuit Byzei discipul' suus ad perendũ a naaman syro vestes targẗnũ: vt habẗ. iiij. Reg. v. Sed

Cogitatõ tripliciter intuitione. potest co gnosci.

Tripliciter potẗ cẗ cogitatio num.

Deus cognoscit omnes hoies

Cogitatio ꝓprie ꝓ ꝓprio dicitur.

ergo deus scit cogitationes hoim. Uñ subdit in auctorẗate. Ego dñs scrutans cor. i. cogitationes cordiũ: ⁊ renes. i. delectatiões earũ in bonũ vel malũ ex q̃b' operẗ dẗ iudicat ⁊ nõ solũ ex opib'. Uñ chri' Nõ ex opib' iudicat tm: sed ex cogitatiõib'. xxij. q. v. Mendacium iurare. Sz p maiori declarationẗ notãdũ q̃ cogitatio vel affectio pot cognosci ab aliquo tripl'. Pmo p ipsũ in se certã ⁊ clarã intuitionẗ. Scdo p reuelationẗ. Tertio p ꝓiecturationẗ. Et primo q: q̃dẗ mõ, put. s. cogitatiões sunt intellectu: ⁊ affectiões in voluntate: sic sol' de' cogitatiões ⁊ affectiões cognoscere pot ⁊ b̃ est ꝓprie scire. Uñ bñ dicit ps. Dñs scit nõ hõ vl' angel' ẗ sol' de'. Qd etiã attestat Salo. dicẗs. Tu sol' nosti corda filiorũ hoim corda. i. cogitatiões ⁊ affectus. Mur' rõ est fm. b. Tho. j. pte. q. lviij. q: volũtas rationalis creature soli deo subiacet: ⁊ ipse sol' in eã operari pot q̃ est pncipale eius obiectũ ⁊ vltim' finis. Et iõ ea q̃ mihi ex volũtate sunt: vel q̃ ex volũtate sola depẗdent soli deo sunt nota. Ex volũtate hois depẗdẗt q̃ aliq̃s actu aliqua cõsideret: q: cũ aliqs hz habitũ sciẗtie vel spẗs intelligibiles in eo existẗtes: vtiẗ eis cũ vult. Scõdo mõ. s. p reuelationẗ potẗt cognosci cogitatio hominis inq̃tũ. s. a deo alicui reuelat. Et sic anima xpi per reuelationem a verbo cui erat ⁊ est vnita: cognoscẗt ⁊ cognoscebat omẗs cogitatiões hominũ. Unde ⁊ iudeis mala de ea cogitantibus dixit: vt q̃d cogitatis mala in cordib' vris. Matth. ix. Et Luc. xj. dicit: vt vidit cogitatiões eoꝝ. Tc. sic ⁊ Pe. apls per dei reuelatiõem cognouit fraudẗ factã p Ana. ⁊ Saphirã de pretio possessionis vẗdite. Act. v. Sic et be. Benedict' cognouit cogitationes murmuratiõis: quã faciebat ꝓ eum qui tenebat lucernã dũ comederẗt: vt habẗt in scõo dyalogoꝝ. Tertio potẗt cognosci cogitatio vel affectio hois p ꝓiecturationẗ. Et sic angel' bonus et malus etiã hõ pot cognoscere cogitationes alteri': scz vt in suo affectu. Cognoscit eĩ̃ fm bẗ. Tho. in. j. pte. q. lvij. ar. iiij. interdũ cogitatio nõ solũ p actũ exteriorẗ: puta locutionẗ vel opationẗ manifest' ꝓ se ipam: sz etiã p immutationẗ vultus. Et in multiplici etiã aliquos affectiões animi p pulsum cognoscere pnt. Et multo magis angeli ⁊ demones ẗpto fortiori hmõi passiões occultas corpales ꝓpẗdunt. Uñ aug. dicit q̃ demones aliq̃ hoim dispositiões nõ solũ voce, platas: sẗ etiã cogitatiões ꝓcepras cũ signa quedã ex animo exprimunt tota facilitate pdiscere. xxvj. q. iiij. c. fi. Quis in libro retractionũ dicat b̃ nõ esse asserẗdũ. s. quõ hoc sciat: nõ tñ dicit q̃n talia sciat. s. p ꝓiecturas

Job. xxj.

§. II. Quantum ad secundum

sciendũ q̃ cogitatiões hominũ sunt multe ⁊ multipliciter variate. Uñ in plurali dicit cogitatiões hominũ. Variate aũt sunt nõ solũ fm materiã: sed fm cãm. Nam vt dicẗ venerabilis. Cassia. in. j. coll'. abbas moysi. Quedã cogitatiões hñt orũ a deo: q̃ ã a diabolo q̃dã a carne seu corde, ꝓpro. Et q̃ cogitatiões hñt pcipiũ a deo ostendit apostol'. ij. ad Corin. iij. di. Nõ q̃ sumus sufficiẗtes cogitare aliq̃d a nobis. s. boni: sed sufficiẗtia nostra ex deo est. Ois igit cogitatio bona in nobis a d̃o pcedit: puta cũ cogitas agere penitentiã: iciunare: orare: virtutes acquirere: primis ꝓdesse: deo placere ⁊ hmõi. Et ad hoc hortatur ps. liiij. dicẗs. Jacta cogitatũ tuũ in dño. scz de cor: ꝓpter eũ bona cogitãdo. Nõ cogitatiões etiã aliq̃ ꝓcedãt a diabolo instigante: ostẗditur ex eo q̃ ꝓ xpo post resurrectionẗ apparẗte discipulis cũ estimarẗt ipm fantasma esse dixit eis. Quid turbati estis: ⁊ cogitationes ascẗdunt in corda vestra. Ascendũt dicit: q: male erãt ⁊ false ⁊ ideo ascẗdẗbãt a demonijs: si bone fuissent descẗdissent a patre luminũ. Et de Juda dicit euãgelista. Cum misisset diabolus in cor eius vt traderet eum. Ubi aduertendũ ẗ fm bñn Tho. in. j. pte. q. cxj. q̃ demones nõ pnt immutare cogitationes interius eas causando: cũ vius cogitatiue virtutis subiaceat volũtati: q̃d ergo d̃: a Damascẗ. ⁊ Beda q̃ est immissor ⁊ incẗsor cogitationũ: intelligitur hoc nõ ꝓ causa eas sz inquãtũ incitat ad cogitãdum vel appẗendũ cogitata p modum persuadẗns vel passionẗ cõcitantis. Et hoc ipm incẗdere Damascẗ. vocat immittere: q: talis operatio interi' fit: sed bone cogitationes attribuunt altiori principio. s. deo: licz angelorũ ministerio, pcurent. Ponit aũt Ansel. in libro de similitudinibus pulchra similitudinẗ circa hanc materiã cogitationũ, put sunt a deo vel a dyabolo vbi cõparat cor mrm molendino cuidã: q̃d ꝓtinue voluit: cui' molẗdini dñs locat ipsum alicui: dans sibi tripler genus victualiũ ad molendũ: scz triticũ: hordeũ: ⁊ speleam cũ hac cõditiõe q̃ ꝓtinue molat aliq̃d ex illis: ⁊ hoc faciẗdo sibi fideliter seruit ⁊ inde bene viuit. Habet aũt dñs ille inimicũ capitalem querẗs in oib' ei displicere. Unde sciens molẗdinũ suũ tali locanũ occultat se iuxta domũ ei': vt si talis cõductor cessat p modicũ a molẗdo victualia dñi sui: ⁊ cũ b̃ reperit: imediate pot sup molẗdinũ de reb' suis: videlicz piceum: arenaz: vel paleas. ⁊ hoc ad destruendũ molendinum ⁊ illi nocendũ. Spiritualiter: dñs ipse est deus noster vniuersorũ dñs: molendinũ suuz est cor nostrum q̃d cõtinue voluitur circa aliq̃d cogitandum. Unde Bern. Nil fugacius animo meo. Locat autẗ istud molẗdinum nobis vt molamus cũ voluntatẗ: prestat ⁊ rationẗ ad cogitandũ: ad ministrat ⁊ ipse per inspirationẗ triplicẗ materiã super qua debemus voluere cor nostrũ: videlicet cogitationes de deo ⁊ de eius immẗsa bonitate ⁊ gloria supna: tanq̃ triticũ optimũ. de virtutibus ⁊ donis spiritualibus quomodo in eis ꝓficiamus tãq̃ hordeũ. Cogitationes de peccatis cõmissis vt doleamus. ⁊ de his q̃ possũt cõmitti vt fugiamus tanq̃ speltam. Et certe cũ hoc faciamus deo fideliter seruimus: ⁊ inde tandẗ viuim' vita gratie ⁊ tandẗ glorie. Inimicus huius dñi dyabolus est qui insidiat ꝓtinue molẗdino cordis nostri: ⁊ si videt nos nõ cogitare aliqua vtilia: tũc ipse suggerit ⁊ suadet cogitationes luxurie maculosas corpis ⁊ aie tanq̃ picẗ: vel cogitatiões auaricie graues tanq̃ arenã: vel leues inanis glorie tãq̃ paleas. Ex q̃b' molẗdinũ deteriorat ⁊ tal' cõductor nisi resipiscat: oportet q̃ moriat spũaliter: q: ex illis viuere nõ pot. Unde dicit dñs p ꝓphẗam. Usq̃q̃ morabunt cogitatiões apud te nocte. Et sapie. i. dicit de spiritusancto q̃ auferet se a cogitatiõibus q̃ sunt sine intellectu. i. sine ratione. Procedũt ⁊ cogitatiões aliq̃n ex corde, ꝓpro. Uñ saluator. Matth. xv. inq̃t. Ex corde exeũt cogitatiões male. Unde ⁊ in figurã dictũ fuit ꝓmo parenti. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi: scz terra cordis tui: etiã cultiuato spũalibus exercitijs spinas. s. cogitationuz superfluitatis ꝑalis: ⁊ tribulos affectionũ sensualium que cogitatiões infestãt hoies importune sicut musce frequentant cadauer. Unde ⁊ b̃tus Anto. quasi attediatus semel ex tanta cogitationũ importunitate exclamat ad deũ Dñe volo salu' fieri: sz nõ ꝓmittũt me cogitationes mee. Uerũ q: primi motus, earũ nõ sunt in nostra potestate. vnde nec peccata, saltẗ a secũ dis motib' seu delectationibus earũ cauendũ est. Unde dñs dicit p Esaiã Afferte malũ cogitationũ vestrarum. non dicit cogitationes sed malũ cogitationum: inquantum scilicet de vicijs sunt cum cõplacentia ipsarum.

Beñ. iij.

Esa. i.

§. III. Quantuz ad tertium

dicẗ q̃ cogitatiões ipsoꝝ se. i. defectu cogitantis sunt depauate: quoniã inquit vane sunt. Est aũt triplex vanitas scilz penuitatis: inq̃tatis: ⁊ instabilitatis: de qua triplici vanitate agit Eccẗs per totũ. vnde ⁊ in principio libri nominat vanitatẗ dicẗs. Uanitas vanitatuz ⁊ oia vanitas. Omnia eĩ̃ creata sunt vanitas: quantũ ad mutabilitatẗ ⁊ de hac agit. i. c. Ecclesiastes vsq̃z ad. iiij. c. exclusiue: sed homo nõ solũ est vanitas pdicto modo: sz etiã ꝓ iniquitatẗ; ⁊ de hac agitur a. c. iiij. vsq̃z. ad. xij. exclusiue. Est et

Triplex est vanitas cogitationuz

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertia vanitas in hoic.s.penalitatis ⁊ ea plenus. Vñ dicitur. Vanitas vanitatū.i. vanus p culp' plenus vanitate p penam. ⁊ de hac agit ipso.xij.c.in fine libri. Eccles.
Quantū igit ad vanitatē pene de q aplꝰ ad Ro. viij. Vanitati creatura subiecta est etiā nō volens.s. pene: famis:siris:frigoris.⁊ hmōi. vtq; cogitatiōes hoim vane sunt.i.affictiue:vñ dicit Sap.ix. Cogitatiōes mortaliū timide ⁊ incerte, quidētie nostre. Nā si bonus est hō timet nō displicere deo:nō incurrere pctā varia ⁊ hmōi. si malus timet ne impediat exercitio suax malax cogitationū vl'ne, quidentia sua circa tpalia nō habeat effectum. Ti-
t.Jo. iiij. mor aūt vt dicit in pma canonica Job. penā habet. Fre-
Gala. v. quēter eni vna cogitatio pugnat ꝰ aliā. cū. s.caro cōcupiscit aduersus spiꝝ:⁊ spūs aduersus carnē. vnde sequitur cogitatiōes etiā circa curam corporis: ⁊ puinsionem etiā necessariorꝝ multum tediū ⁊ penaꝝ inferūt p̄cipue bonis q̄uis in se pctā nō sint. Scdo cogitationes hoim vane sunt vanitate iniquitatis. de qua pꝰ. v. Cor eorum vanuꝝ
Pꝰ.lxxij. est.i.iniquum. Et quidam ita iniqui sunt:vt etiam contra dñm cogitent. de quibus pꝰ. Cogitauerunt ⁊ locuti sunt iniquitatē in excelso locuti sunt. dicētes deū nō habere, p nidentiā debitā circa hoies. cōtra quos Hiero. Quid cōtra dñm cogitatis:ipe qui creauit mundū p summationē faciet eius. Nd si vobis rigidus ⁊ cruēlus videt q gen' humanū diluuio deleuerit ⁊c.xxiij.q.v.quid ergo. Et ad intelligendū qūo cogitatiōes efficiunt unque: sume exē pluꝝ in nebula que eleuata a terra sepe in parte supiorꝝ aeris generat nubes q ibi nutriunt:nec dissolunt nisi p magnum ventū qui resoluit illas ⁊ puertit:vl'in aereꝝ vl' aquam grandine aut niuem. Nutriunt aūt ille nubes in aere virtute caloris vl'ignis elementalis qui quasi extinguitur per tonitrua coruscatiōes ⁊ fulgura:sic accidit de cogitationibus. Sunt eni vt quidā vapores siue nebule que a terra sensitiua.s.fantasie vl'memorie ascendunt ad altitudinem intellectus ⁊ caloꝛ.i.voluntatis affectu nutriuntur ⁊ crescunt ⁊ obnubilant mentē aliq̄n:vt sol xp̄s nō videatur. Et hoc q̄n amor p prius repe[illegible] in voluntate qui oēm materiā in se bonā cogitationū puertit ad malum. Sed si vent' spūssancti pcutit tales nubes cogitationū:tūc extinguit malū ignē seu calorē ppij amoris. Et exinde sequunt tonitrua lamentationū de pctis cum clamore petendi diuinā misericordiā:sequunt ⁊ coruscationes bonorꝝ exemplorꝝ ⁊ fulgura incēdentiū operꝝ ⁊ verborū pluuie lachrymaꝝ ⁊ hmōi. Quantū ad tertiuꝝ cogitationes hoim vane sunt:instabilitate seu mutabilitate de quo Eccls.penul. Vanitatis arguent p̄terita.ex eo eni q̄ p̄terita sunt oblitēdunt instabilitatem:⁊ sic cogitatiōes hoim vane sunt. Dum enim q̄s vult fixe aliquid de spūalibus cogitare:subito mens ad alia euolat. vt dicere valeat illud pꝰ. Cor meū dereliquit me. Exēplum pꝰ in bea-
pꝰ.xxxix. Berñ. qui vt habet in legēda eius ꝓquer ēs cū quodam rustico in itinere de tanta distractiōe mētis:vt vnū pater noster dicere ñ valeret sine alia cogitatiōe. Asseruit rusticus se h̄ facere posse. cui Ber. mulā cui insidebat si hoc agere posset, pmisit. qd cū ille attētat ⁊ in medio eius occurrit sibi cogitatio de sella ⁊c.

§.IIII. Circa eundētiā eorū

Cogitatō pōt cōparari ad tria.

que dicta sunt in.j.§.hui'.c.s.q̄ angel' nō cognoscit cogitationes nostras. Est sciendū q̄ cogitatio nr'a vl'etiaꝝ alicui' angeli pōt cōparari ad tria.s.ad subiectū qd informat ad obiectū qd repꝛesentat ad effectū quem inclinat.
Primo eni si cōparat cogitatio ad subiectū qd informat tunc dico q̄ angelus pōt scire vl'videre cogitationes nostram vl'etiam angelicā. Cuius rō est:qꝛ angelus pōt videre spēs existētes in mēte mea vl'angelica. Sed cogitatio actualis est quedā forma ⁊ quidā actus exñs in intellectu equorealis:⁊ eque actualis:sicut spēs vl' magis q̄ species. Ergo qua rōne spēs existentes in mēte mea vel angelica angel' pōt videre:eadē ratiōe cogitatio actualis mea vel angelica pōt cognosci ab aliquo angelo. Secūdo mō pōt cōparari cogitatio mea vel angelica ad obiectum qd repꝛesentat. Et sic cogitatio mea vel angelica pōt cognosci ⁊ videri ab angelo. vt verbi gratia. Sicut ille qui videt spēm alicui' rei in oculo alteri':⁊ mediante illa spē habet aliquā noticiā de re cui' est spēs. Sic angelus videt cogitationē alicui' in mēte nostra vel angelica cognoscit ⁊ videt rez cui' est cogitatio vel quā illa cogitatio repꝛesentat. Nota tamē differentiā inter illū qui videt cogitationē alicui' rei in mente alteri':qꝛ nō habet rē de qua est cogitatio p̄o immediato obiecto:sz ipsaꝝ cogitationē:⁊ mediāte cogitatiōe hz aliquā noticiā de re cui' est cogitatio. Sicut dicrū est de illo qui videt spēm alicui' rei in oculo alteri':⁊ mediāte illa spē hz aliquā noticiam de re cui' est spēs. Ille aūt cui' cogitatio videt habere rē de qua est illa cogitatio, p imediato obiecto:⁊ videt illā rē de qua est cogitatio:sicut ille qui videt rē imediate visiōe coꝛpali:pfecti' videt ⁊ aliq̄d pōt cognoscere de ea pꝛta quāta fit vel aliq̄d tale:qd nō pōt cognoscere ille q̄ videt eā mediāte spē existēte in oculo alteri'. Ita etiā ille q̄ videt rē intellectualiter in mēte p actū suū cogitādi pꝛtactus:⁊ plura nouit de re illa q̄ ille q̄ videt eā mediāte cogitatiōe exñte in altero. Et sic q̄uis angelus cognoscat cogitationē nostrā vel angelicā tñ cogitatio tā nra q̄ angelica pōt latere aliquē angelū:quantū ad hoc q̄ nō pfecte videt rē illaꝝ de qua est cogitatio videndo cogitationē in altero:sicut ille cui' est cogitatio. Tertio mō pōt cōparari cogitatio nostra vel angelica ad effectū quē inclinat. Et tūc dico q̄ voluntas pōt dupliciter pꝛsiderari vt habitualiter volēs:⁊ actualiter volēs. Primo mō voluntas pꝛsiderari vt habitualiter volēs:⁊ sic cogitatio nostra vel etiā angelica latet quēcunq̄ intellectū creatū:etiam ipm cogitantē:qꝛ sez null' intellect' creat' videt qd in futurū velit voluntas de eo qd mō cogitat:ad quē finē debeat in posterū vti. Scdo mō pōt pꝛsiderari voluntas vt actualiter volēs:⁊ intendēs aliq̄d assequi ipsam cogitationem ⁊ rē cogitatā:⁊ tūc cogitatio talis alio[illegible] ꝓ ⁊ aliquo modo latet. Verbi grā vt si aliq̄s cog[illegible] de [illegible] de volēs actu vti eo ad pꝛsiciendū ad auem:tunc dato q̄ nō latet angelū ipa cogitatio:q̄tū ad hoc q̄ est quedā forma ipe rens voluntati:nec latet ipm etiā habitudo vni' ad alterū quin sciat q̄ illud qd vult voluntas est lapis:tū pōt latere angelū habitudo vni' ad alterū sez q̄ nesciat ad quē finē voluntas vult rē cogitatam. Verbi gratia. Licet videat voluntatē velle lapidē de quo cogitat intellectus meus, pōt tū ignorare rōnem vel finē quare voluntas vult lapidem vtrū sez ad pꝛsiciendū ad auē vel ad inimicū:vel ad edificandū. Et sic q̄ idē effect' pōt puenire ex multis causis nō opꝛ cito effectū scire ex qua cā venit. Et sic est in proposito sicut ptꝛ. Hec docto[illegible] ubtilis.i. Scot' ⁊ magister Heruetus bato ordinis pdicatorū. Cogitatio pcti fit per quattuor causas.s.vel ad cognoscendū cauēdū delectandum ppetrandū. Primo cogitatio pcti fit aliq̄s solū ad cognoscendū. Sicut cum q̄s vult disputare vel pdicare de pctō. ⁊ ideo opꝛ q̄ de ipo cogitet vt sciat quō debeat disputare vel pdicare. Et talis cogitatio de pctō que ordinatur solū ad cognoscēdū ipsuꝝ peccatū est fine omni pcto. Scdo cogitatio peccati q̄ fit ad detestandū cōmissum. ⁊ cauendū futurū est meritoria. Esa.xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aie mee. in quo vbi notāt tria. Primo pfessiōis hūilitatis: ibi recogitabo. Secdo confitendū tibi. Scdo pfessiōis integritas: ibi oēs annos meos. Tertio contritionis qualitas: ibi: in amaritudine aie mee. Opꝛ eñ q̄ q̄licūq̄s quis cogitat de pcto de ipo contritiōez habeat. Tertio cogitatio pcti fit ad delectandum ⁊ hoc duob' modis. Vel ad delectandū de cogitatione pcti solū ⁊ talis cogitatio est pctm̄ veniale. vel ad delectandum de re vl'de peccato cogitato:⁊ talis cogitatio

Cogitatio multiplex, vt sumit.

Cap.v.

est peccatum mortale. Quarto mō cogitatio peccati fit ad ppetrandū pctm̄. Et tūc si pctm̄ est mortale:etiā cogitatio ipsō fine.s.vt ppetret est pctm̄ mortale. Vñ sup illo
Pꝰ Zeni.xv. Qui'er q̄ patit fluxū sanguinis gl.sic dicit Cogitatiōes ⁊ volūtates q̄uis ope nō c[illegible] pleant:apō dcū p factis habēt ⁊ puniunt. Hec.b.Tho.in q̄rto.⁊ Alex. in.ij.pre summe.q.xxxv. Similiter circa cogitatiōes cordis pꝛsiderare debem' cām.sez a quo oriunt. Ubi nota q̄ cogitationes cordis dupl' cōsiderari possunt.s. absolute sinq̄tū cogitatiōes:⁊ pditiōāte inq̄tū bone vel male. Primo ergo cōsiderādo cogitationes cordis absolute inquātum cogitatiōes:tūc dico q̄ cā cogitationuꝝ vel radix est triplex.s.ppinqua:mediata:⁊ remota. Prima causa cogitationū ppinqua ⁊ immediata:est appꝛehensio sensuum particularium p organa. Scda causa vl'radix cogitationū mediata:est imaginatio causata ex appꝛehēsione sensuū pticularium p organa. Tertia causa vel radix cogitationū remota est cor. Nd ptꝛ qꝛ cogitatio a corde nō exiit nisi per aliquā imaginationē vel fantasiā q̄ est motꝰ factus a sensu:vt dicit in.ij.de aia. Et ī cuꝛ dicit Matth.xv. De corde exeūt cogitatiōes ⁊c. Intelligit corꝛ esse principiū cogitationū tanq̄ cāvl'radix remotavt ptꝛ. Hec.b.Tho. in.iij.distin.xxiij.

De memoria. Capl'm. IX.

Memoria. Nota q̄ memoria fꝛ.b.Tho.in pma pte.q.lxxix.ar.vj.sumit dupliciter. Uno modo, put de rōne ei' est q̄ objectū sit preterū vt pteritū:⁊ sic memoria est m̄ pte sensitiua:vna potētia distincta:ab alijs sensitiuis mēsuribus, put supꝛa dictū est. Sensitiua eñ tm̄ est appꝛhēsiua particularium. Pteritū autez vt pteritū cū significet esse sub determinato tēpore ad q̄ditionē pticularis pertinet. Et hz talis potētia sensitiua organū corꝛpale cui est affixa sicut ⁊ alia pnta etiā cā habēt. Alio mō sumit memoria solū p vi pseruatiua specieꝝ intelligibiliū ⁊ sic memoria est in pte intellectiua. Quāuis eñ Auicen. dixerit spēs intelligibiles [illegible] impossibile esse in intellectu pseruari. Vñ sm ipsum. Acito a[illegible] quis definit actu intelligere aliquam res definit esse spēs illius rei in intellectu. Tamē Aristo. in.iij.de anima pꝛtartū asserit. Ratione etiā dicta positio reꝛpobat. Nd eñ recipit in aliquo recipit p modum eius in quo recipitur. Intellectus aūt est magis stabilis natu re ⁊ immobilis q̄ materia corꝛpalis. Si ergo materia corꝛporalis formas quas recipit non solum tenet dū per eas agit in actu:sed etiā postq̄ p eas agere cessauerit:multo fortius intellectus inobiliter ⁊ inamissibiliter recipit species intelligibiles siue a sensibus receptas:siue ab aliquo intellectu supꝛiori effusas. Unde in.iij.de aia pbs dicit q̄ anima est locus specierū nō tota:sed intellectus. Sciendū etiaꝝ q̄ species intelligibiles aliquādo est in intellectu in potentia tm̄:et tunc dicitur intellectus esse in potentia tantum. Aliquādo est sm vltimam complexione actus:⁊ tunc intellectus intelligit actu. Aliq̄s medio modo se hz inter potentiā ⁊ actū:⁊ tūc dicit intellectus esse in habitu. Et sm hūc modū intellectus pseruat species etiā q̄n actu nō intelligit. Saluat etiā ratio memorie q̄tū ad hoc q̄ est pteritoꝛ in intellectu ex pte obiecti. Nā pteritū pōt referri ad duo.s.ad obiectū qd cognoscit ⁊ ad actum cognitionis. Et q̄tū ad obiectū p se couenit memorie q̄ est partis sensitiue pteritū. Memoraꝝ eñ aial nō solū sensisse in pteritoꝛ sed etiā sensisse quoddā pteritum sensibile. Sz inq̄tū ad pte intellectiuaꝝ pertinet memoria pteritū accidit ⁊ nō p se puenit intellectui ex pte obiecti. Intelligit eñ intellect' hoiem inq̄tū est homo accidit aūt homini inq̄tū est homo in pterito vel in pseni vel in futuro esse. Et ex pte vo actus cognitiōis pteritū per se accipi potest in intellectu sicut ⁊ in sensu:quia intelligere anime nostre est quidam pticularis actus in hoc vel in illo tem-

§.I. De exercitio memorie

vtili.pꝰ. In memoria eterna erit iustus. Nd pōt exponi tripliciter:etiā totū qd sequitur i ysu. Just' erit in mēoria sui eterna. id est assidua:vel in memoria eterna id est perpetua proximi:vel in memoria eterna dei. Quedam enim dz recolere respectu sui:quedā respectu proximi:q̄dam respectu dei. Et hoc faciēdo ab auditiōe mala non timebit. Et de se quidē iustus habz in memoria tria. Primo infirmitatē nature:vt sic fit cautio cōtra casuꝝ. Exemplum de illo q̄ incedit p viā lubricā q̄ caute incedit ne cadat. Eccli.viij. Ne despicies hoiem auertentē se a peccato.ne improperes ei. Memento qm̄ oēs in corruptione sumus. Exēpla de dauid:petro ⁊ alijs. Scdo recordandum de damnositate culpe. Mercator recolēs q̄tum lucruꝝ pdidit:inde sumit materiā doloris. Malefactor cōsiderans se deprehensum ⁊ suspendendū dolet. Apoc.ij. Memēto vnde exciderīs ⁊ age pniam. Amb. Nihil est qd taꝝ summi doloris sit q̄ si recordetur q̄s vnde lapsus sit arq̄ vnde ceciderit. ⁊ qd ista terrena ⁊ mometanea ab illa spēciosa diuine cōditionis intētiōe deflurerit. de pe.di.i. Hoc agebat. Ezechias di. Recogitabo tibi omēs annos meos in amaritudine aie mee. Recogitanda est breuitatis vite ad studiose operādū. Quādo eñ laboraꝝ videt appꝛopinquare finē dieī vel operis vel breuitatem temporis. studiosius operatur. Eccli.xliij. Offer dignas deo oblationes ⁊ memēto qm̄ moꝛs nō tardat. Et Greg. Tanto sollicitioꝛ esse debes quāto mortis incertioꝛ. lxxxvi. dist. tanta. Plato summa phia est meditatio mortis. Contra malus recordatur eorū que puocant ad malū. Sicut in figurā dixerūt quidā ex his qui exierāt de egypto. In mentē veniūt cucumeres:allia ⁊ cepe q̄ comedebamus in egypto ⁊c. Nūc.i. De proximo habet tria:in memoria iustus ⁊ sic nō timebit ab auditiōe mala temptatōis qua loquit ei diabolus. Exempla, pbitatis electorū adimitandum. sic ponūtur filijs exempla pentum ⁊ cōciuū qui fecerūt magnalia vt animētur ad imitandū. iudith.viij. Memores esse debetis quomodo abrahā temptat' est per multas tribulatiōes inuētus fidelis. Sic mathathias sit reducebat ad mētē opa sanctoꝝ. Scdo recordanda ē fatuitatis reꝛpobꝛ ad testandū. Bñ enim corrigitur ⁊ suauiter qui per aliū corrīpit. Sicut canis verberatur vt timeat leo, Lu.xxvij. Memores estote vxoris loth. Ter-

Pꝰ.cxi

Just' tria hz in memoria.

Esaje. xxxviij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio recordãda est necessitatis miserorꝫ ad subleuãdũ. Sic recordant aues ⁊ alia aialia suorꝫ pullorꝫ curãdo eis necessitatẽ que duplex est spũalis. s. ⁊ corporalis. Et de corpali dicit apls ad Gal. ij. q̃ petrus cũ ceteris apls approbata predicatiõe pauli iter gẽtes dederũt ei in sociũ barnabam: tantũ vt memores essẽt pauperũ i hierosolymis qd ⁊ fecerũt faciẽtes collectas fieri de spirituali subuẽtione. Pro hmõi dicit. i. Mach. xij. Memores sum⁹ vestri in sacrificijs. Ecõtra iniustus recordat iniuriarũ ad vindicandũ: vel bonorũ temporaliũ alioꝝ ad appetendũ. ⁊ miseriarũ ad gaudendũ ex invidia. De deo iustus tria hꝫ in memoria: ⁊ sic nõ timet ab auditõe mala quã inittit ei diabolus cõtra deũ occulte loquẽdo p suggestiões. Recordatur creatiõis oim ad deũ laudandũ. Nia eẽ nos inuitãt ad deũ bñdicendũ. Nã sicut puer bialꝫ d̃: Lepera lodo el maestro. Psal. Memor fui operũ dei: q̃ memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ. Sic tres iuuenes in fornace reducentes ad memoriã creata a deo: oia inuitãt ad deũ benedicẽdũ. Secõdo recordandũ redẽptiõis hominũ Trenorũ. iij. zay. Recordare pauptatis mee ait, pphera in psona xpi absinthij ⁊ fell. Et subdit. Memoria memor ero ⁊ tabescet in me aia mea. Hoc maxie aiat ad pstãtiaz In hui⁹ figurã in. i. Macha. vi. c. dicit: q̃ sanguinẽ mortuorum ponebat ante elephãtes ad animandũ in pugna Tertio retributiõis operũ. Ps. Memor ero iusticie tue solius. Reddet ei deus vnicuiqꝫ fm opa sua. ⁊ in hoc peccatores decipiũtur dũ attẽdũt ad presentẽ retributionez non ad futurã. Unde dictum fuit diuiti epuloni. Fili recordare ꝛc. Lu. xvi.

Psalmo. lxxvi.

ps. lxx

§.II. Secũdo exponit sic

In memoria eterna. i. ppetua erit iust⁹: q̃ de ipso, semp ẽ recordatio in mũdo: vt patet de sanctis, puerb. Memoria iusti cũ laudib⁹. ⁊ sic nõ timet ab auditiõe mala preci pue quo ad bonos q̃ loquũtur bona de bonis. Unde machabeis dixit filijs. Date aias vestras p testamẽto patrũ ⁊ accipiet nomẽ eternũ id ẽ memoriã bo[illegible] fame ppetuã Tot milia annorũ fluxerũt: ⁊ adhuc memorie iustorum abrae. Job. Dauid ⁊ aliorũ vigẽt in mẽtibus hoim. Tria autẽ sunt que faciũt obliuisci hoiẽm iu dei ⁊ primi scilicet psperitas mũdialis: curiositas criminalis: voluptas carnalis. Prosperitas facit obliuisci dei ⁊ hoim qui eum iuuerũt tpe tribulatiõis. Exemplũ de pposito pincernarum pharaonis regis egypti. Qui cuꝫ fuisset in carcere ab ioseph hũane tractat⁹ ⁊ psolat⁹ in expositiõe ppheticã somnij sui liberat⁹. oblitus fuit iterptis sui. vt pz gen. xl. Sic multi in m[illegible]te deũ habẽt ⁊ amicos suos in tpe necessitatis q̃ postea obliuiscũtur in psperitate. Secut. xxxij Deũ qui te genuit dereliquisti ⁊ oblit⁹ es ꝛc. Señ. i lib. d̃ beneficijs cõparat legem gratitudinis ⁊ bñficẽtie ludo mutuo pile. Quãdo eẽ duo ludũt ad pilã ⁊ eã alternatiz re proijciũt inter se: tamdiu durat inter eos ludus: ⁊ cõtinuat q̃diu cõueniẽt iter eos reproijciat ⁊ iacteť. Si vn⁹ recipiat ⁊ retineat: vel incõuenienter reproijciat: desinit ludus: qui definere nõ potest nisi ex defectu mutẽtis vel recipientis. Sic est de mutua inter amicos beneficiẽtia ⁊ gratitudine. extende exemplũ ad ppositũ. Ecõtra dicit apls ad heb. xiij. Beneficiẽtie ⁊ communiõis nolite obliuisci. Hugo de claustro aie. Sicut nullũ momẽtũ ẽ quo hõ non vtatur vel fruat dei bonitate: ita nullũ debet eẽ momentum quo eum presentem non habeat in memoria.

Tria reddũt hoiẽz obliuiosũ

Secõm q̃d reddit hom: nẽ obliuiosum est curiositas ⁊ nimia sollicitudo circa mũdũ vl minus vtilia. ps. Obliti sunt benefactorũ eius ⁊ mirabiliũ eius. Est enim cõmune prouerbiũ q̃ pluribus intentus minor est ad singla sensus. Exemplũ in salomone q̃ ex eo q̃ fuit numis curiosus in ꝓparatiõe su e curie: ⁊ inuestigatiõe rerũ naturaliũ et mãtione. diuersarũ doctrinarꝫ: oblit⁹ est dei ita vt ydola adorãret. Dicit ei origenes ⁊ dñs Job. dñici post eũ sup

Psalmo. lxxvii.

ecclesiastẽ q̃ tot femine vl⁹ pcubine quot recitat scripture eũ habuisse fuerũt ml'te ⁊ diuerse doctrinẽ variarꝫ narationum quas voluit videre q̃ nõ ꝓtinebãt veritatẽ sapientie q̃ sola est legitima spõsa intellect⁹: ꝗbus mente applicando deuiauit a vi[illegible]te: iz cõiter credat penituisse. Tertio qd impedit memoriã est voluptas. Uñ pbs. Amor [illegible] me. i. carnalis cõcupiscẽtia metis obliuio est. s. caulatiue. Sz scti viri cauẽt sibi a carne sicut ab hoste ⁊ subjicũt ni. ⁊ ideo seipos faciũt dignos memoria in bonũ. Unde Eccli. xlv. Dilect⁹ deo ⁊ hoib⁹ moyses cui⁹ memoria in benedictiõe est. Narrat magr in histo. eccle. sup. Exod. q̃ moyses duxerat vxorẽ filiã regis ethiopie. ⁊ cũ in patria sua redire voluisset ipedire eũ nitebat vxor. Moyses agitatur tanq̃ vir exptus astrorꝫ sculpsit in anulis duas formas gines hui⁹ efficacie: vt altera memoriã altera obliuionis afferret. Cũq̃ eas paribus ⁊ similibus anulis ichusisset obliuionis anulũ vxori tradidit ⁊ anulũ memorie secum tulit. Et sic mulier paulatiz oblita est viri sui: ⁊ moyses recordationẽ hñs ad patria sua libere regressus est. Doneliter exponẽdo fm Robertũ holchot. Anim⁹ nr natione celestis patrie est moyses: fm ꝗhit ꝓiugiũ cũ carne terrena p ethiopissam designata. qñ. s. corꝑ infundit. Anim⁹ vo desideras beatitudinẽ vult in patriã reuerti celestem. sed ista vxor. s. caro ipedit eius reuersionẽ. Et ideo vxorem dum est cautela moysi vt. s. duos anulos faciamus cum gẽmis: ⁊ anulum obliuionis carni tradam⁹ ⁊ anulũ memorie aio nr̃o. Anul⁹ obliuionis est meditatio mortis: q̃ mors obliuioni hoiem tradit. Ps. Obliviom dat⁹ sum sicut mortu⁹ a corde. Anul⁹ memorie est cogitatio vite eterne: quã hñs animus reuertit ad patriam p bona opa. Et sic iustus ꝓpter bona q̃ facit est in memoria hoim: vt scribitur. Eccli. xlix. Memoria iosie in omni ore indulcabitur. ⁊ sic nõ timebit iustus ab auditione mala.

Ps. lxx

§.III. Tertio exponit ver

sus ille sic. Iustus [illegible] in memoria eterna. i. dei [illegible] Hiere. ij. Hoc dicit miserator m⁹. r[illegible]dartus sum [illegible] serans adolescentiã tuam. Recordab[illegible] [illegible] electi sui. Primo ꝓdestinando. Secõdo iustifica[illegible]do. T[illegible] glorificando. Et sic nõ timebit ab auditione mala quã audiet reprobi in fine. quibus dicit. Ite maledicti in ignem eternum ꝛc. Matthei. xxv.

Titulus.III. De potẽtia in

tellectua. De intellectu possibili ⁊ agente realiter distinctis. Capitulum .I.

E intellectu quez di

cit pbs in lib. de aia esse potentiã aie. Sed aũt intellect⁹ sit potentia aie ⁊ nõ ipsa essentia eius pbat. o. Tho. in prima pte. q. lxxix. arti. i. sic. Tunc solũ immediata principium operationis est ipsa essentia rei operantis qñ ipsa operatio est ei⁹ esse. Sicut enim potentia se habet ad operationem ⁊ ad suũ actum ita se habet essentia ad esse. In solo autẽ deo idem est intelligere qd suũ esse. Unde in solo deo intellectus est eius essentia. In creaturis aũt intellectualibus intellectus est quedã potentia intelligentis. Et sciendũ q̃ b. Tho. vbi supra ꝓ pbi ponunt quattuor intellectus. scz intellectum possibile: intellectum agentẽ: intellectũ in habitu: ⁊ intellectũ in actu seu adeptum. Quorũz quarũor intellectus agens ⁊ intellectus possibilis sunt reali[illegible] diuerse ⁊ distincte potentie: licet ⁊ in oibus alijs. Alia est actiua alia passiua. Alia vo tria distinguũt fm tres status intellectus possibilis. Qui quandoq̃ est in [illegible] potentia tm̃. ⁊ sic dicit possibilis. Uñq̃ vo in actu ꝓmo qui est scientia. ⁊ sic dicit intellectus in habitu. Uñq̃ in actu secundo qui est cõsiderare: ⁊ sic dicit intellectus in actu seu intellectus adeptus. Nunc aũt actũ intellectus imponat pro

potentia [illegible]

De multiplici intellectu possibili ⁊ agente Cap. I.

pale hoc nomẽ intelligentia: signat eẽ ipsum actũ intellectus qui est intelligere. Unde nõ differt intelligẽtia ab intellectu nisi sicut actus a potentia sua. In quibusdã tẽ libris de arabico trãslatis subie separate ouas nos ãgelos dicimus intelligentie nũcupant: forte p[illegible]ter hoc q̃ semp huius substãtie actu intelligũt. Damascenus etiam ponit quedã que sunt nõ diuerse potẽtie sed diuersi act⁹ intellect⁹. Pro eẽ simili aliq̃d apprehendit: ⁊ hic act⁹ d̃: intelligentia. Secõdo id q̃d intelligit ordinat ad aliq̃d aliũd cognoscẽdũ vel opandũ: ⁊ hec vocat intentio: dũ vero p[illegible]sistit in inquisitione ei⁹ q̃d intẽdit: vocat excogitatio duz vero id q̃d excogitatũ est examinat ad aliq̃ certa dicit scire vel sapere. Nã sapiẽtie est iudicare. Et quo autẽ habz aliquid p certo tanq̃ examinatũ: cogitat quomodo possit illud alijs manifestare. Hec est dispositio interioris hõmonis ex qua procedit exterior locutio. Omnia hec sunt actus vnius potentie intellectiue.

potentia [illegible]

§.I. De intellectu possibili

hec potẽtia est potẽtia passiua. Uñ pbs dicit. iij. de aia. q̃ intelligere est quoddã pati. Sed sciẽdũ fm Tho. in. i. pte. q. lxxix. ar. ij. q̃ pati tripliciter dicitur. Uno modo pro passione qñ. s. aliquid remouet ab eo. q̃ patit: qd̃ euenit ei fm naturaz vel fm ꝓpriã inclinationem: sicut cũ aqua frigiditatẽ amittit p calefactionem: aut cũ homo egrotat vel tristatur. Secõdo mõ dicit aliq̃d pati minus ꝓprie: ex eo q̃d aliquid abijcit ab eo: siue illud sit cõueniẽs siue sit nõ cõueniẽs. Et fm hec dicit pati nõ solũ qui egrotat sed etiam qui sanatur. Et nõ solũ qui tristat: sed etiam q̃ gaudet vel quãcũq̃ modo alteret seu moueat. Tertio modo dicitur pati cõmuniter aliq̃d ex hoc solũ q̃ id q̃d est in potẽtia ad aliq̃d recipit illũd ad q̃d erat in potentia absq̃ eo q̃ aliquid abijciat: fm quẽ modũ omẽ q̃d erit de potẽtia in actũ dicitur pati: etiã cũ pficit: ⁊ sic intelligere nr̃m est pati. Qd̃ apparet hac rõne. Intellectus eẽ habet operationem circa ens in vniuersali. Apprehẽdi igit potest verum intellectus sit [illegible] actu vel potentia: ex hoc q̃ considerat quõ i[illegible]tellectus se habz ad ens vniuersale. Inuenitur enim [illegible]liquis [illegible]tellectus qui se habet ad ens vniuersale vt actus totius entis. Et talis est intellectus diuinus qui est diuina essentia: in qua originaliter ⁊ virtualiter totum est. Perfitit sicut in prima cã. Et ideo intellectus diuinus nõ est in potentia sz purus actus. Nullus aũt intellectus creatus põt se habere vt actus respectu totiꝰ entis vniuersalis q̃: sic oporteret q̃ esset ens infinitũ: vñ oẽs intellectus creatus p hoc ipsum qd̃ est: nõ est actus oẽm intelligibilis: sed cõparatur ad ipsa intelligibilia sicut potentia ad actum. Potentia aũt dupliciter se habet ad actum. Est eẽ quedã potẽtia que semper pfecta est p actũ: sicut est materia corporꝫ celestiuz. Et sic intellectus angelicus semper est in actu respectu s[illegible]rũ intelligibiliũ: ꝓpter propinquitatẽ ad diuinũ intellectũ qui est actus purus. Quedam potẽtia est q̃ nõ semper est in actu: sed de potẽtia procedit ad actũ sicut inuenit in generabilibus ⁊ corruptibilibus. Et sic intellectus humanus qui est infimus in ordine intellectuũ. est in potẽtia respectu suorꝫ intelligibiliũ. Et in principio est sicut tabula in qua nihil est scriptũ. vt dicit pbs. iij. de anima. Qd̃ manifeste appet ex hoc q̃ in principio omnes intelligentes in potentia: ⁊ postea efficiũtur intelligẽtes in actu. Et sic ptz q̃ intellectus est potentia passiua fm tertiũ modũ. Et notãdũ fm. b. Tho. vbi. s. q̃ intellectus passiuus fm quosdam est appetitus sensitiuus in quo sunt aie passiones. Qui etiã in. j. Ethi. dicit rõnale p ꝓticipationẽ q̃: obedit ratiõi. Secõm alios intellectus passiuus dicit virtus cognitiua q̃ noiatur rõnalis. Et vtroq̃z modo passiuum accipi põt fm primos duos modos passionis: inq̃tuz talis intellectus est actus alicuius organi corꝑalis. Sz intellectus qui est in potentia ad intelligibilia quem ob hoc Aristo. nominat intellectum possibilem: nõ est passiuus illis duobus modis: q̃: nõ est actus organi corꝑalis.

potentia [illegible]

§.II. De intellectu agente

Dic est alia potẽtia realiter distincta ab intellectu possibili. Uñ pbs in. iij. de aia dicit. Necesse est in aia hãc duas differẽtias esse sez intellectum possibilem ⁊ agentem. Pro cui⁹ declaratione dicit. b. Tho. in. j. pte. q. lxxix. ar. iij. q̃ fm platonẽ nõ esset necesse ponere intellectũ agentem ad faciendũ intelligibilia in actu. Et ratio est quia Plato ipse posuit formas rerũ materialiũ sine materia subsistere. ⁊ per consequẽs intelligibiles esse: q̃ ex hoc ẽ aliquid intelligibile actu q̃d est imateriale. Et hmõi vocabat species ⁊ ydeas: ex quarũ participatiõe dicebat nos sciam rerũ habere. Sed q̃ Aristo. non posuit formas rerũ naturaliũ subsistere sine materia. formẽ aũt in materia existentes nõ sunt intelligibiles actu: sequebatur q̃ formẽ seu nature rerũ sensibiliũ quas itelligim⁹ nõ eẽnt actu intelligibiles. Nihil aũt reducitur de potẽtia ad actum nisi per aliquod ens actu. Sicut sensus fit actu per sensibile actu. Oportebat igitur ponere aliquam virtutẽ ex parte intellectus que faceret in actu intelligibilia per abstractionem specierum a conditionib⁹ materialibus. Et hec est necessitas ponendi intellectũ agentem. Est autem iste intellectus agens aliquid in aia. id est quedã virtus seu potentia ꝓpria fm. b. Tho. vbi supra. Nam in rebus naturalib⁹ perfectis ꝓter vniuersales causas agentes: sunt ꝓprie virtutes indite singulis reb⁹ perfectis ab vniuersalib⁹ agentib⁹ deriuate. Non eẽ sol generat hoiem: sed etiã est virtus generatiua hois in hoie et filij in alijs aialib⁹ pfectis. Cũ aũt nil fit pfecti⁹ in inferioribus rebus aia humana. iõ oportet dicere q̃ in ipsa ñt aliq̃ virtus deriuata a supiori intellectu per quã possit fantasmata illustrare. Et hoc experimẽto cognoscim⁹ dum p̃cipim⁹ nos abstrahere formas vniuersales a ꝓditionib⁹ ꝓticularib⁹ q̃d est facere itelligibilia actu. Illã aũt actio alicui ꝓuenit rei: nisi p aliq̃d ꝓncipiũ formaliter inherẽs ei. Oportet igit vtute q̃ est ꝓncipiũ hui⁹ actiõis aliquid esse in aia. Uñ Aristo. comparauit intellectũ agentẽ lumini: q̃d est aliq̃d receptum in aere. Sicut ergo lumen reꝗritur ad videndũ nec sufficit potentia visiua nec res colorata que obijcit visui. Ita intellectus agẽs est necessarius ad intelligendum: nec sufficit intellectus possibilis nec intelligibilis res: nisi adesset intellect⁹ agẽs qui faceret intelligibilia i actu per modũ abstractionis. Et q̃ sensibilia sunt in actu ex aiam q̃ apprehendũtur a sensibus fm ꝓditões ꝓticulares ⁊ indiuiduãtes. Jõ nõ oportet ponere se[illegible]sum agentẽ: sz ipm sensiuz q̃ est potentia passiua. Sed intelligibilia rerũ materialiũ nõ sunt in actu ex aiam q̃ possint impãnere in intellectum: ⁊ ideo oportet ponere intellectũ agentẽ qui abstrahat ꝓditones materiales a reb⁹ sensibilib⁹ seu fantasmatib⁹ earũ: ⁊ sic spẽs intelligibiles deferat seu presentet intellectui possibili vt intelligat. q̃ aũt dicit Job. j. Erat lux vera que illuminat omẽ ꝛc. s. lumie naturalis cognitionis. Uerũ est q̃ illuminat oẽs sed vt causa vniuersalis: a qua aia hũana ꝓticipat quãdã ꝓticularẽ virtutẽ. s. intellectũ agentẽ. Iuxta illud. Signatũ est sup nos lumẽ vult⁹ tui dñe. Et si intellect⁹ agens nõ esset aliq̃d aie sed esset quedã subã separatũ: vnus eẽt intellect⁹ agens oim. Sz hoc est falsuz. Nã intellect⁹ agens vt dictũ est: est aliquid aie vt q̃dam virt⁹ seu potentia eius. Et ideo necesse est dicere q̃ sint plures intellect⁹ agẽtes fm pluralitatẽ aiarꝫ q̃ multiplicant fm multitudinẽ hoim. Nõ eẽ põt esse q̃ sit vna ⁊ eadez virtus diuersarum substãtiarũ.

Necesse est intellectũ agentem esse anima

ps. liij.

§.III. Vna aia et vnus in

tellectus nõ est in oib⁹ hoib⁹: vt tradidit ⁊ dixit auerrois in. iij. de aia. Qd̃ quadrupliť ꝓbo. s. Similitudine auctre

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qd non fit vn' tm intellectus ages oim hominu.

rōne ⁊ ipossibilitate. Primo probo similitudine. nā Aristo. in.iij. de aia assimilat intellectū vel aiam intellectiuā lumini. Sz nō est idē numero lumē in diuersis illuminaⁿ ergo nō est idem intellect' in diuersis hominib'. Secdo hoc idē pbo sacre scripture auctoritate. Apoc.vij. Vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat ⁊c. Sz turba illa nō erat hominū corporaliter viuentiū: sz aiarum a corpore separataⁿ: q̄ sunt multe aie intellectue sz multitudinē corpor. Tertio pbo h idez duplici rōne. Prima est talis: aut aia est tm motor corporis aut forma. Si est tātuz motor: oportet multiplicari in diuersis hoibus: q̄ assignabūtur diuerse aie. Si āt aia est forma corporis tunc etiā oportet q̄ sint diuerse aie in diuersis hoib'. Tū qz impossibile est plurū indiuiduoz esse vnā formam numero. tum qz si intellect' est virtus aie: sequit q̄ sicut ad multiplicationē corpor est multiplicatio aiarum: ita ad multiplicationē aiarum: necessario sequit multiplicatio intellectū. Secda rō ad idē est talis. Aut hō hz eē ab aia intellectiua aut ab aia sensitiua. Si ab aia intellectiua: ergo ad multiplicationē hoim erit multiplicatio aiarū intellectuarum. Si vero ab aia sensitiua vel nutritiua tunc homo nō haberet vñ excederet alia aialia qd est inconueniēs: q̄ impossibile est vnam aiam rōnalē eē numero oim hoim. Quarto h idē pbo ex impossibilitate q̄ sequit ponētib' esse vnū intellectū oium numero. Qd em nō possit esse vn' intellect' numero oim, pbo ex quatuor impossibilib' q̄ sequūtur. Primū est qz impossibile est plures pfectiones secūdas esse ꝓprias exīte vna pma pfectione. Sed nos inuenim' plures scdas perfectiō es esse ꝓprias in diuersis hoibus. s. q̄ quidā sunt stulti q̄dam sapientes: q̄dā virtuosi: ergo oportet primā pfectionē. s. aiam intellectuam variari ⁊ multiplicari in diuersis hoibus. Secdm est qz si oim hoim esset vnus intellect' vl' vna aia numero: tunc omīs hoies essent vn' homo ⁊ sic nō eēt distinctio sortis ⁊ platonis p aliquā formā substātialem: sz solū per aliqd extrinsecū puta q̄ vn' esz capacior et alī nō. Tertiū est qz cum ꝓtingat duos vel plures hoies sil' ⁊ semel vnū ⁊ idē obiectum intelligere: si em per vnū possibilem intellectū intelligūt sequeret q̄ vni' ⁊ eiusdē virtutis simul ⁊ semel respectu vni' ⁊ eiusdē obiecti sint plures actiōes. Sed hoc est falsum ⁊ impossibile. Ad cuius pbationē sil'itudinē talē adduco. Ponat q̄ oculus oium hoium sit vnus numero: ita q̄ omnes homines habeant vnū oculum numero: tūc q̄uis sint multi videntes: tamen oim visio nō est nisi vna respectu eiusdē obiecti in eodez tpe. Sil' si intellectus sit vnus oim sequitur q̄ oim hominū: idē intell' ꝓtia eodē tpe fit vna actio intellectualis tm: sed h̄ est impossibile. Vñ sicut due visiones numero nō pñt esse simul vn' visus vel visus vn' oculi: qz habentes vnū oculum possunt dicī duo vel plures videntes: nō tm plures visiones sed vna. Sic duo vel plures habētes vnū intellectū numero: pñt dici duo intelligētes: nō tm pñt esse vel dici due intellectiones vni' intellect' sed vna tamū. Quartū est q̄ tunc homo non beatificaretur per aliquā operationē anime sue coniūctam sed per aliquā operationē extra essentiam anime. Cum pbs ponat beatitudinem in nobilissima operatiōe aie, Hec beatus Tho. ij. scripto sniarum. di. xvij.

¶ De multiplici oculo varie exercendo. Capl'm. II.

Deinde videndum est

...nam ꝓfirmare in bono: quousq̄ illi constaret q̄ ipse solus deus est: in quo nō cadit nō posse. Ad qd facit qd ait Aug. de pe. di. ij. §. vlti. dicēs. Solus ille omnipotens vocatur qui hoc nō potest sz peccare: q: oia pōt que posse est aliquid posse. Secūda ratio est manifestatio diuine sapiētie: ex ordine malorū cū bonis sz ex vertibilitate hois in malū: qd quidem malū deus ordinat cū bonis. Ex eo enim q̄ deus ex malo bonū elicit diuina sapientia manifestat: eo q̄ maioris sapientie est ordinare malū cū bonis: ⁊ elicere bonū ex malis: q̄ ordinare solus bona cū bonis: vel elicere bona ex bonis. Et ideo cū diceret nec possibile esset deū facere mala: debuit talem facere creaturam que posset in operando deficere ⁊ malū cōmittere: vt deus mala illa ordinādo in bonum suam sapientiā declararet. Dicit ei aug. in. x. de ciui. dei. Neq̄z deⁿ vlum non dico angelorum vel hominum crearet: quem malum futurū esse prescīret: nisi pariter nosceret quib' eos bonorū visibus cōmendaret. Ostenditur etiam dei sapientia in huiusmodi vertibilitate ex cōparatione meri ti ⁊ premiū. Nemo enim dignus est coronari nisi qui leg̃itime certauerit: secūda ad Timo. ij. Et ideo decuit diuinam sapientiam prius hoiem quasi in campo certaminis examinare q̄ in gloria coronare ⁊ exaltare. Ad hoc facit. habetur. lix. di. c. i. vbi dicitur: q̄ dignitates nec ecclesiastice nec seculares conferende sunt non examinatis seu probatis laboribus ⁊ exercitijs. Tertia ratio est manifestatio diuine misericordie que potissimum manifestata est. cum vnigenitum suum tradidit pro hominis liberatione. Ut Joh. viij. ait ipse vnigenit'. Si filiⁿ vos liberauerit: vere liberi eritis. Ubi aug. Si filius vos liberauerit nō a barbaris: sed a dyabolo: nō a corpis captiui

tate: sed ab aīe iniquitate. ⁊ Greg. ait. Redēptor noster totius ꝓditor creature: ad hoc ꝓpitiatus humanā carnē voluit assumere: vt diuinitatis sue grā dirupto quo tenebamur captiui vinculo seruitutis. s. peccati pstine nos restitueret libertati. xij. q. ij. cū redemptor. Quarta rō est manifestatio diuine iusticie: q̄ potissime manifestat in b̄ q̄ deus tribuit vnicuiq̄ ꝑ hm opa sua. s. bonis bona eterna tribuēdo: ⁊ malos eterna pena puniēdo. Hec aūt retributio ⁊ punitio eterna nō fuisset nisi deⁿ hoiem in statu verti bilitatis cōdidisset: q: nō meret aliquis vl' demereⁿ. ⁊ p psequens nō premiat nec punit nisi p hoc q̄ est dñs suorum actuū p liberam voluntatem. Ad hoc etiam facit qd dicit Augu. Ualis ire nunq̄ deus redderet interitum si nō spontaneum inueniretur homo habere pctū. xxiij. q. iiij. nabochodonosor. ⁊ Hiero. Ubi necessitas. s. benefaciendi ibi nec corona. s. debet. de pe. di. ij. si enim. Quinta ratio est augmētatio glorie beatorum. Nam gloriosius ē hoi in vertibilitate ad malū condito quodāmodo ex meritis gloriā obtinere q̄ in inuertibilitate cōditum fuisse. ⁊ sic sine aliquo genere meriti beatificari. Et propter hoc ad cōmendationes iusti vertibilis in malum dicit. Eccli. xxxj. Qui potuit transgredi ⁊ nō est transgressus. s. preceptum: etiam ab homine puniendū: facere malum ⁊ nō fecit: quoad occulta: ideo stabilita sunt bona illius in domino. i. opera illius sunt firmata in dño: quasi in fundamento: quasi diceret. p̄mia illius firmiter reseruata sunt a dño. hec Alepāder. ij. pte summe. q. lvj. exceptis allegationibus decretorum.

§.V. Quod liberū arbitriū

Homo ⁊ angeli debent habere liberum arbitrium.

debuit dari a deo ⁊ angelo ⁊ homini: ostenditur rationibus ⁊ filitudinibus. Rōnibus quidem sic. Primo ex cōparatione boni. ⁊ est interrogatio Aug. a deodato. Quid tibi melius esse videt in nobis. An illud sine quo recte viui potest: an illud sine quo viui nō pōt. Respondet deodatus. quis ambigat id longe esse pstantius sine quo recta vita nulla est. Aug. Cū ergo in corpe ꝓcedas esse aliquid. quo amisso tñ ad recte viuendū nō impedit homo voluntas libera tibi videt nullū bonum sine quo recte nemo viuit. ⁊ ꝓfirmat p exemplum dicēs. Uides q̄tum boni desit corpori cui deficit manus: ⁊ tamē manibus male vtitur qui eis vl' seua vl' turpia operatur. Si aspiceres aliquem sine pedibus fatereris te esse integritatem corporis plurimū bonum. ⁊ tamen qui vteretur ad nocēdum cuiq̄ vl' seuꝑm dehonestando male vti pedibus nō negares ⁊ sic ō oculis ⁊ de alijs. Quēadmodū ergo ista, pbas in corpore nō intueris eos qui male vtuntur. in his laudas illum qui hoc dedit donū: ⁊ qui hec dedit bona. Sic liberam voluntatem sine qua nemo potest recte viuere. oportet te esse bonum etiā diuinitus datum: ⁊ potius eos esse damnandos qui hoc bono male vtunt q̄ eum qui deberit dare nō debuisse fateris. Secunda ratio est ex sufficienti diuisione boni. Nam bonorum quedam sunt magna: quedam minima: quedā media. Bona magna sunt quibus recte viuit: ⁊ virtutes quibus nullus male viuit. Bona minima sunt: vt species vel sensus quorū liberi corporum sine quibus recte viui potest. Bona media sunt sine quibus recte viui nō potest: vt potentie. Voluntas ergo libera videtur tibi nullum bonum sine qua recte nemo viuit. Tertio debuit deus dare liberum arbitrium ad perfectionem vniuersi. Si quis enim dixerit. nō erat taz difficile aut laboriosum omni potenti deo vt omnia quecunq̄ fecit: sic haberent ordinem suum vt nulla creatura vsq̄z ad miseriam peueniret. Non eniz est dicere vt hoc aut ī potens nō potuit: aut nō bonus inuidit. Respōdeo et dico ordines creaturarū a summa vsq̄z ad infimam: ita gradibus iustis decurrere: vt ille inuiderit qui dixerit: ista nō esse: ⁊ ille inuideat qui dixit ista talia non debere esse. Si enim talis vult esse inferior: ē qualis est natura vl' creatu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra superio: iam illa est ⁊ tanta est vt adijci nõ possit: q; p fecta est. Verbi grã: qui diceret lunã debere esse vt soles duplicter errat. Vno modo q; ad rerũ pfectionẽ aliquid cupit: cum desiderat alterũ solẽ. Alio modo q; pfectionẽ vniuersi vult minuere: cũ lunaz vult detrahi. Sic a simili. Si dicis q̃ de' volũtatẽ nr̃am debuit facere impeccabilẽ ⁊ sic esset absq; miseria. Erras p̃mo: q; vis adijcere volũtati diuine qd̃ est impossibile cũ illa sit pfectissima. Secũdo q; vis diminuere pfectionem vniuersi cum etiam nostra miseria ad perfectionem vniuersi faciat. Defuisset aũt huic pfectioni si beati semp essemus. Quapropter si ad miseriã nisi peccãdo nõ pueniet anima etiã pcãã nr̃a ne cessaria fuit pfectioi vniuersitatis quã cõdidit de'. Quid enĩ tam opus hz miserico:dia q̃ miser. Et quid tam indignum miserico:dia q̃ miser superbus. Quod probat Aug. p exemplum tale: quid tã dignũ in domo q̃ hõ. Et quid tã indignũ abiectũ ⁊ infimuz q̃ cloaca domus. Seruus tũ in tali domo deiectus intantũ vt mũdande cloace dign' hẽat: ornat domũ etiã turpitudine sua. Et vrũq; hoz. s. seruus ⁊ mũdatio cloace: faciũt ad pulch:itudinem domus. Hinc fit vt creatura superio: peccãs ceteris inferioibus puniat: q; tamen ille sunt infime: vt ornari etiã a turpibus animis possint: atq; ita vniuersitatis decoãi ꝓgruere. Habitationi ergo celesti talis aia nõ cõgruit per peccatũ: terrestri aũt cõgruit p suppliciũ. Rayne.

§. VI. De libero arbitrio

Liberum arbitriuz est debilitatum in modo.

qd̃ est debilitatũ in modo. Confirmatũ in bono. Obstinatũ in malo. Et q̃tũ ad primũ dico q̃ liberum arbitriuz est debilitatũ in modo. Nã in eo qui incidit in peccatũ liberũ arbitriũ nõ est ablatũ: sed dicit' esse debilitatũ. B mõstz qd̃ prius ante peccatũ facile poterat: postmoduz post peccatũ sine difficultate ⁊ pugna nõ possit. Sed cõtra magistẽ sententiarum in. ij. dist. xxv. dicit. q̃ homo ante recuperationẽ gratie nõ põt nõ peccare etiaz mortaliter: ergo sine gratia nõ potest homo vitare peccatũ. Et sic liberũ arbitriũ videt' esse ablatũ vel coactũ. Respondeo ⁊ dico q̃ liberũ arbitriũ etiã post peccatũ põt vitare peccatum: qd̃ ostendit' in similitudine ⁊ ratione. Et similitudo exempli ptz ex hoc. Sicut videre dicitur dupliciter: vt dicit pbs in secũdo de anima: scz habere visum ⁊ vti visu. Ita etiam peccare dicit' dupliciter. Unde cum dicit' ante recuperationẽ gratie homo nõ põt

Universidad de Deusto
Biblioteca

libertas est a necessitate vel coactiõe q̃ libertas a coactõe per se z semp sequit liberũ arbitriũ. Unde dicit magr sentẽ. ibidẽ q liberũ arbitriũ z ante peccatũ z post eque liberũ est a coactiõe: q: sicut ante peccatum cogi nõ poterat: ita nec mõ. Ideo q volũtas merito apõ deũ iudicat q̃ semp a necessitate libera est z cogi nõ põt. Ubi necessitas: ibi libertas nõ est. Ubi libertas nõ est: nec volũtas è: z ideo nec meritũ. hec magister ibidẽ. Quedã vero coactio est imperfecta z insufficiens: q̃ potẽ impulsio q̃ coactio ỏ: Et hec est duplex. Una est impulsio: q̃ per se liberũ arbitrium impellit vel impedit: sicut habitus z dispositiones que sunt in ania. Et sic est libertas a peccato. De qua. ij. Lo.in. iij. dicit apls. Ubi spũs dñi: ibi libertas. z vitas in euangelio Job. viij. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Que libertas a pctõ: etsi post pctũ nõ tollit: tamẽ debilitat. Secda coactio imperfecta q̃ impulsio ỏ: impellit vel impedit liberũ arbitriũ per accidens: sicut impotẽtie z penalitates q̃ sunt ex pte corpis vsum liberi arbitrij impedientes: z sic est libertas a miseria. De qua apls ad Ro. viij. Ipsa creatura liberabit a seruitute corruptiõis in libertatẽ glorie filiorũ dei. Ubi notandũ q̃ vnlla miseria vel penalitas corporis libertatẽ illã que est a necessitate, coactionis excludit eo q̃ nunq̃ ad tantã miseriã vel penalitatẽ corporis deuenitur: q̃ liber arbitriũ cogi possit. bea. Tho. in scrip. sup. ij. senten. dist. xxv. Raynerius

Argumẽta i oppositum.

Contra predicta occurrit triplex obiectio. Prima est talis. Greg. dicit q̃ peccatũ qd̃ per penitentiã non diluit: mox suo pondere ad aliud trahit. Cũ ergo tractio sit q̃dam motus violentus fm phm: ergo videtur quis cogi ad peccatũ. Respõdeo fm be. Tho. in questiõibus de veritate: q̃ peccatũ cõmissum nõ trahit cogendo voluntatẽ sed inclinando: inquãtum priuat gratia p quã fortificabatur cõtra peccatũ: z inquantũ etiã ex actu peccati relinq̃tur dispositio z habitus in anima. Secundo arguitur sic Quicunq̃ vincit: ab aliquo cogitur. Sed fm phum incontinens vincitur a passionib̃: ergo passiones cogunt voluntatẽ. Rideo q̃ incontinẽs ỏ: vinci ~ passionibus. nõ q̃ passiões cogãt: z immutẽt necessario voluntatem: alioquin incõtinens nõ esset puniẽdus. Sed dicitur talis vinci a passionibus: inquãtũ earũ impulsu voluntarie cedit. Tertio arguit p hoc qd̃ dixit paterfamilias Luce xiiij. compelle intrare. Intrat autem ad cenã patrie per voluntatẽ: ergo per angelũ qui est minister dei voluntas potest cogi ad aliquid. Respondeo q̃ illa compulsio non est coactionis: sed efficacis persuasionis per aspera vel lenia. Unde Greg. Qui huius mundi aduersitatibus fracti ad dei amorem redeunt cõpelluntur intrare. Raynerius. Ad hoc etiam pulchre facit qd̃ habet. xxiij. q. iiij

Liberum arbitriũ includit electionem.

Displicet. Et. q. vi. §. vltimo. Secundo libertas arbitrij includit electionem tanq̃ immediatum: z propiũ actũ eius. Et fm hoc Berñ. distinguit libertatem in libro de libero arbitrio sic dicens. Est triplex libertas: scz arbitrij consilij: z complacuit. Ratio huius est: quia cum liberũ arbitrium includat electionẽ: z nihil sub electione cadat nisi fm q̃ habet aliquã rationẽ boni fm diuersos gradus bonitatis in humanis actibus. Berñ. diuersos gradus libertatis seu diuersas libertates distinguit. Ut verbi gra Primo in humanis actib̃ est aliqd̃ bonũ: q: licitũ qd̃ scz nulla lege phibet. z respectu istĩ boni liciti dicit libertatẽ arbitrij: q: i iudicio nostro cõsistit vt b seqmur vel non Ubi nota q̃ liberũ arbitriũ hz officiũ iudicis z arbitri. Primo habet officium iudicis: z hoc quoad rationẽ q: sicut iudex in iudicãdo dz sequi leges z artatur ad sequẽdũ eas: sic liberũ arbitriũ hz officiũ iudicis q̃ ad rationẽ q: inquãtum deliberat dz sequi leges. Secdo inquantum liberũ arbitriũ libere vult tenet formam arbitri. hoc enĩz ad voluntatẽ ptinet: libere hoc vel illud velle vel eligere Et iõ magis ỏ: liberũ arbitriũ q̃ iudiciũ. Secdo est aliqd in humanis actib̃: qd̃ nõ tñ est licitũ sed etiã vtile, Qz omnia mihi licent: sz nõ oia expediũt: vt dicit apls. i. ad Lo.inth. vj. Et fm hoc assignat z distinguit Berñ. libertatem consilij. Vnum cõsilium est de meliori bono: q̃ expediens ad sanitatem. Tertio in humanis actibus est aliquid bonum eligenduz qd̃ delectat. Et respectu hui assignat Berñ. libertatẽ complacuit. Unde dicit ibidẽ Ber nar. q̃ libertas arbitrij habet discernere quid liceat. Li bertas arbitrij habet, pbare quid expediat. Libertas arbitrij habet experiri quid libeat. hec Tho. sup. ij. sentẽtia. di. xxv. Tertio dico q̃ liberum arbitriũ admittit. i. habet variationẽ. Et cũ sit triplex libertas: vt dictũ est liberum arbitriũ q̃tum ad libertatẽ que a necessitate seu coactione ne cõpulsiua p se nõ augeat vl minuit: sed equalr habet: q: hoc est naturale z essentiale libero arbitrio: vt sufficiter nõ cogat coactione cõpellente. Et hoc. s. nõ potest sufficiẽter cogi z cõpelli. sequit liberum arbitrium in quo habet statu. s. ante pctũ z post pctũ. Non ergo p se augeat vl minuit libertas arbitrij. s. p accidens tm. i. rõne materie in qua inuenit z quã liberum arbitriuz psequit. z hoc sic pbatur. Omnis pprietas que psequit aliquã naturã q̃to illa natura in aliquo inuenit nobilius: tanto etiã illa pprietas pfectius ptícipatur ab illo: fm quẽ modum hõ dicit minus intelligẽs q̃ angelus. Unde q: libertas arbitrij psequit naturã z potentiã intellectus: z voluntatis z hec pfectissime sũt i deo z in angelo nobilius q̃ in hoie. Ideo libertas a necessaria coactõe pfectius reperitur i deo nobilius in deo q̃ in angelo: z in angelo q̃ in hoie: z in vno angelo magis q̃ in vno alio. Unde pz q̃ libertas arbitrij nõ variat ex parte sue nature vl essentie: sed p accidens. s. ex parte sue cause q̃ est intellectus z volũtas. Nam hõ q̃ natura inuenit intellectiua nobilius in vno q̃ in alio vl minus nobilius: sic libertas ista intendit vl remittitur Libertas secda que. s. est a pctõ cõtraria coactioni imperfecte z insufficienti: que impulsio vl dispositio nunc pro vt sunt habitus z dispositiões interiores pctõrum magis talis libertas vel m[illegible]uit in hoie fm diuersos actus. Et sic declarat. Libertas ista a pctõ cõis triplici statu hominis. s. in innocẽtia: in reparata grã: in gloria. Et tñ augetur z minuit ante pctũ z post pctũ. Ho. ii. di. xxv. Semp voluntas hois libera est. sed nõ semp bona est. Non eni est bona nisi a pctõ liberata sit. z sic dicit. Liberuz ergo arbitriũ cũ semp z in singulis fit bonũ nõ tñ est pariter liberuz in bonis z in malis. z ad bona z ad mala. Liberius est eni in bonis vbi liberatum est a peccato p gratiam q̃ in malis vbi liberatum nõ est a libertate ad malũ quod p se agit q̃ ad bonum quod nisi gratia adiuuet z liberetur nõ põt. Hec magister. In statu innocentie poterat homo peccare z non peccare. In statu nature reparate potest peccare z nõ potest nõ peccare: saltem venialiter. In statu glorie poterit nõ peccare: z non poterit peccare. Sed in statu nature destituta gratia nõ potest nõ peccare: etiam mortaliter. id est nõ esse in morte tali quod commisit: quia ex se nõ potest exire: vel nõ potest difficiliter nõ incurrere alia mortalia. semper tamen voluntas a coactione est libera. Libertas a miseria que est contraria coactioni imperfecte z insufficienti: que excitur impellens vl inducens: sicut sunt penalitates exteriores vt fames: sitis: infirmitas corporalis: mutationes mentis: tẽptatio hostis z hmõi: nõ est eque in omnibus. Sic libertas: sed fm magis z minus reperitur in diuersis. Nam pfectissime in deo: post deũ maxime in angelo bono: mino: in hoie bono: minima in hoie malo. nullus in damone vl damnato homine. vt dicit magister sentẽtiarum di. xxv. Omnis tamẽ miseria mentis z corporis quamuis cunq̃ magna: necessitate coactionis semp ex [illegible] nunq̃ in statu vite presentis ad tantam miseriam deuenitur mentis vl corporis vt liberum arbitriũ cogi possit. Sicut nõ diceretur liberũ nec efficere ex meritorium vl demerito. b. Tho. sup. ij. sen. Raynerius. Hinc Ambrosius

Quorum nos dñi sumus scilicet actuũ nostrorum z peccatorũ eorũ principia extrinsec nõ regram nec deriuem in alios: sz agnoscam q̃, pprie nostra [illegible]nt: z qd̃ possum nõ facere si volum. Ipsi electiones mali nobis potius debem ascribere q̃ alijs. Ideo z in iudicijs istiusmodi volũtarios nõ necessitate cõpulsos: ex pstrigit: pẽa dãnat. xv. q. i. c. Illa. z. §. i. eiusdẽ q̃stioĩs ỏ:. Ex volũtate peccata procedunt: que libero mẽtis arbitrio z deliniquẽdi, proposito cõmittuntur.

§. VIII. Notandum etiam

Libertas patria.

q̃ quadruplex est libertas: scz peruersa: mundana: va: et plena. Libertas peruersa est quãdo quis abutitur libertate ad peccandũ. Et hec libertas a iustitia est: quã nullũ seruare cogitur: de qua. i. Petri. ij. ỏ:. Quasi liberi z non quasi velamen habentes. i. quo maiori libertate vtimini apõ hoies co liberi? diuio famlatui subiugati sitis. Et subdit. Non quasi velamen habentes. Glo. q: ex hoc q̃ liberi sunt multi: se velant z defendunt peccata. Alia glosa. Et non habẽtes velamen malicie: vt tanto licentius peccetis: quãto iugo seruitutis dei munimini. Et addit apls Sed ficut serui dei: glo. Seruitus dei humilitatez z pũritatem a culpa requirit. Secda libertas q̃ ỏ: mũdana seu humana est qua quis alterius est dñio non subiectus De qua Job. iij. Seruus z liber a domino suo scz in alia vita. Et prima ad Lo.in. vij. Seruus vocatus es non sit tibi cure: sed si potes magis vtere libertate. Seruit̃ huic libertati contraria inducta est de iuregentiũ. vt pz dist. i. Iusgentiũ. Originata in iure diuino ex irrisione Noe facta a filio eius Cham. Genñ. ix. Maledict̃ chanaan: seruus seruorum erit fratribus suis. Et Ambrosius. Nõ esset hodie seruitus si ebrietas non fuisset. dist in. xxxv. c. Sexto die. Iure humano confirmata canonico z ciuili. Hec libertas multũ appetitur: quia non bene, p toto liberatus venditur auro. Sed ppter peccata multipliciter p ditur: vt paret de pop̃lo israel. qui ex libertate frequẽter propter scelera est seruitutí addictus Iudi. per totum. Tertia libertas est vera z spiritualis que est libertas gratie [illegible] cre criminib̃. Et est ista contraria male seruitutis

Libertas mali.

scilicet peccati. De qua ps Johãnis. viij. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Ubi tria nota. Primo dictio generalis: ibi. Omnis scz diues z pauper: iudeus z grecus: imperator vel vasallus. Non enĩz distinctio iudei z greci: omnes enim peccauerunt. Qui omnia dicit: nihil excludit. distinct. xix. c. Si romanorũ. Secundo tangitur transgressio criminalis: ibi. qui facit peccatum z non solum qui facit sed z qui concupiscit. Peccatũ enĩz est fm aug. voluntas retinẽdi vel cõsequendi qd̃ iusticia vetat. Quod semp liberũ est abstinere. xv. q. i. §. i. Tertio notatur condito vilis z penalis: quia seruus est peccati. Hiere. ij. Quã vilis facta es nimis iterãs vias tuas Vilissima aut huius seruitus: quia cum peccatum nihil sit in rerũ natura. Hujus seruitio peccator addicitur. ij. petri. ij. A quo qs vict̃ est ei seru̇ addict̃ ẽ. Sz peccator vincit a vicijs: ergo z c. Et dicit Ansel q̃ pctũ non habet vnde dominẽt hoi: q: pctũ est quidã defectus seu p̃ natio modi: speciei z ordinis. Sed tñ homo habet vnde [illegible] seruus peccati. s. volũtatis cõsensum. Unde aug. sup Johãnẽ sup dicta aucte. Omis qui facit peccatũ z c. O miserabilis seruitus. Seruus hois aliq̃ñ sui dñi duris imperijs fatigatus fugiẽdo requiescit. Seruus aut peccati q̃ fugiẽdo secũ trahit quocũq̃ fugerit. Peccatũ ei qd̃ facit in tus è: voluptas trãsijt: peccatũ nõ trãsit: preterit qd̃ delectat mãet qd̃ pugnat. Sol̃ de pctõ liberare põt q̃ venit sine peccato. Propterea dixit Johã. viij. Si liberauerit vos filius: vere liberi eritis. Licet aut ista libertas a crimine sit vera: est tamen in presenti imperfecta: quia vt ait apls ad Gal̃. v. Caro cõcupiscit aduersus spm: z spi. aduersus carnẽ: vt nõ q̃cũq̃ vultis illa faciaĩ. Ubi tria ostẽdit scz Pugnã causaz: z sequelam. Primo ostẽdit pugnã dicens. Caro c[illegible]cupiscit aduersus spm. i. fm glosaz augustini. Anima carnali cõcupiscẽtia spiritui reluctat: q̃ carnalis cõcupiscẽtia nõ est in carne sola: nec in aia sola: sz i vtroqz: q: sine carne z aia nulla delectatio sentit: scz corporalis. Sicut videre nõ est solũ oculi nec aie sz ꝓiũctis Et est ista pugna fm ambro. in glo. magna: continua: et periculosa. Magna: q: ỏ spm vbi maior deberet eẽ cõcordia. Cõtinua: q: semp est noua ỏ spm. Et periculosa: q: habet multos impulsores: vt dyabolũ z mundũz. pñs. Ule illoz tenebre z lubricũ: z angelus dñi psequẽs eos. Secdo ostẽdit apls pugne cãz dicẽs. Hec sibi inuicẽ aduersant: q: caro vult seruire vicijs: spũs vtutib̃. Caro infirma: spiritus pimptus. Ratio seu spũs disponit macerare corpus z subijcere seruituti: z caro vt seruus inutilis z piger querit. Figura i Sara vxore Tobie: que cũ reprehenderet ancillã: cõquesta est inferẽs ei cõtumelia: dicẽs eaz interfectricẽ virorũ suorũ septẽ. i. mortificatricẽ quinqz seu suum ac etiam fantasie z intellectus. Tobie. iij. Ostendit apls pugne sequelã: subdens. Ut nõ quecũqz vultis illa faciatis: glo. i. illa facere permittami ni. Iuxta illud apli. Velle adiacet mihi pficere nõ inuenio: ad Ro. vij. Glo. ambro. i. Velle est in nobis ex libero arbitrio. Et di adiacet. i. iuxta carnẽ iacet: q: naturale est quodãmodo velle bonũ p rõnẽ naturalẽ: sz pficere nõ: q: facere bonuz meritorũ solũ è ex gratia dei. Vel sic fm alios seu aliã expositionẽ. Velle adiacet mihi. i. liberz arbitrũ post pctũ tanq̃ infirmũ iacet iuxta carnẽ impotens p se resurgere ad bonũ opandũ. Quarta z vltima libertas est libertas plena atqz pfecta. s. libertas glorie q̃ erit in patria. De q̃ apls ad Ro. viij. Ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatẽ glorie filiorũ dei. Et hoc erit: q: nihil erit ibi inclinãs ad malũ. Nihil oppãnẽs q: ibi erit libertas a culpa z pena. Ad gal̃. iiij. Illa q̃ sursuz est hierusalem q̃ est mater nostra libera est. Libertas itaqz plena z pfecta erit oñ nulle erũt inimicitie qñ nouissima inimica mors destruet̃. Hec Tho. in postilla sup Job. sup illõ Job. viij. Si q̃ liberauerit vos filij z c. De hac libertate a miseria z culpa Albinus in sermone. Quid hac vita beatius vbi nõ est pauptatis met̃: nec egritudis imbecillitas. Nemo ibi ledit: nẽo irascit. Inuidet nemo. Lupiditas nulla exardescit. Nullũ cibi desideriũ. Nulla laboris aut potestatis pulsat ambitio: nullus ibi diabolũ met̃. Iniudie nulle: terror: gehenne, pcul. Mors neqz corporis neqz aie: sz imortalitatis mumere vita iocũda: nulla erit tũc discordia: sz cũctis psona iocũda sũt oia: iugis spẽdor.

Libertas pfecta est

§. IX. Notandum etiam

Liberz arbitriũ potest inclinari vel ĩmutari.

q̃ liberũ arbitriũ etsi cogi nõ possit vt dictũ est: põt tamẽ inclinari: immutari: determinari: ad aliquid volendũ vel agendũ. Primo quidẽ põt liberũ arbitrium incliuari vel induci ad aliq̃d volendũ vel agendũ: per aliquas dispositiones vel habitus ex quib̃ promo: efficitur ad eligendũ alterã partẽ Tho. in scrip. sup. ij. senten. Ad qd̃ facit qd̃ dicit aug. super ps. Cũ p timorẽ gehẽne ptinet se homo a peccato: fit paulatiz cõsuetudo iusticie: z incipit qd̃ durum erat amari: z incipit excludi timor a charitate z succedit timor: ille sanctus qui pmanet quo timemus ne tardet: ne discedat: ne eo careamus. xxiij. q. vi. c. ii. §. Cũ p timorem. Secdo volũtas põt immutari. Et hoc vel a seipsa vel ab obiecto vel a deo. Immutat primo volũtas a seipsa cũ mõ vult vnũ: mõ aliũ. Unde aug. Nihil tam est in nostra potestate sicut voluntas ipsa. Voluntas nostra nec voluntas esset nisi in nostra potestate esset. Porro q: in nostra potestate est: libera est. Immutatur secũdo voluntas ab obiecto fm diuersitatem obiectorũ: que sibi repraesentant̃ p cognitiũ. Et talis mutatio fit in ea occasiõaliter a aliqua creatura repsentante obiectũ. Tertio immutat voluntas a deo, Nã deus immutat volũtatẽ duplicit

Primo.

Secũdo.

Tertio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Uno modo mouendo solum voluntatem: nõ imprimẽdo inquantũ. ſ. voluntatẽ mouet ad aliquid volendũ absq; q̃ imprimat aliquã formã volũtati. ſicut fine appositione habitus. Quãdoq; deus facit vt voluntas mõ velit aliq̃d q̃d prius non volebat. Juxt illud. Lor regis in manu dei est ⁊ quocũq; voluerit vertet illud. Alio mõ immutat voluntatẽ imprimendo aliquã formã in ipsam voluntatem. Sicut enim ex ipsa natura quã deus dedit voluntati inclinatur. voluntas naturaliter ad aliq̃d volẽdũ: ita ex aliquo supaddito. ſ. aliqua forma quã imprimit. Et aliq̃n quidez imprimit formam imperfecte: vt cũ dat grãz de nouo viatoribus: ⁊ ſic inclinatur volũtas ad aliq̃d volendũ: nõ tamen necessitate semp. Aliq̃n imprimit pfecte ſcz pferẽdo gloriã ſicut in beatis in quibus volũtas inclinat semp et ſufficienter p charitatẽ pfectã in bonũ: nõ ſolum q̃tũ ad vltimũ finẽ ſed etiã q̃tum ad ea q̃ ſunt ad finem. Hec be. Tho. in queſtionibus de veritate. Cum aũt deus immutat voluntatẽ: nõ cogit eam: ſed facit vt precedenti inclinationi ſuccedat alia inclinatio. Et ita q̃ prima auferat et ſecda inducatur ⁊ maneat. Vñ illud ad q̃d inducit voluntatẽ nõ eſt ꝓtrarium inclinationi iam exiſtẽti: ſed inclinationi q̃ prius inerat. Unde non eſt violẽtia nec coactio. Et bigratia. Lapidi ratiõe ſue grauitatis ineſt inclinatio ad locũ deorſum. Hac aũt inclinatione manẽte ſi pijcitur ſurſum erit motus violentus. Si aũt deus auferat lapidi inclinationẽ grauitatis ⁊ det iclinatioẽ leuitatis: tũc ferri ſurſum nõ erit ei violentum: ⁊ ita immutatio motus põt eſſe ſine violentia. Et p hũc modũ intelligendũ eſt q̃ deus immutet voluntatẽ ſine hoc q̃ cogat eaz. Luius rõ eſt q: põt deus immutare voluntatẽ: ex hoc q̃ ipſe in voluntate opatur ſicut in natura. etiã hec be. Tho. in queſtionibus de veritate. q. xxij. Tertio volũtas põt determinari ab obiecto ad volẽdũ aliq̃d determinate. Luius ratio eſt: q: eſt dare aliquod obiectũ in quo nulla ratio malitie inuenitur. et voluntas neceſſario determinat ad id volendũ. Uel ſi eſt aliquod in quo nulla fit rõ vel apparentia boni: tũc volũtas neceſſario determin[illegible] ad illõ reſpuendũ. Sicut patz in hoc q̃ nullus põt nõ velle eſſe felix: et nullus põt velle eſſe miſer. Et in hoc etiã non cogit ſicut nec cũ immutat a deo dictũ eſt. Utrũ aũt volẽdo bonũ q̃d de neceſſitate vult ſcz eſſe beatum mereat. Dicendum q̃ aliquo modo ſic: ⁊ aliquo modo nõ. Cũ enim inditus ſit appetitus vltimi finis ſui in cõi: vt ſcz naturalit appetat ſe eſſe cõpletũ in bonitate: ſcz ſe eſſe beatũ. Unde Boetiꝰ de phica ꝓſo. ait. Inſerta eſt mentibus hoim naturaliter veri ſummiq; boni cupiditas. Sicut ⁊ grauibus naturaliter eſt inditus appetitus ſeu inclinatio ad fo[illegible] deorſuz et animalibus cõſeruatio vite. Ideo appetẽdo beatitudinem ita in cõi homo nõ mereat: q: hoc eſt ei naturale ⁊ naturalibus hõ nõ mereat. Sz q: in quo iſta cõpletio felicitatis ſeu beatitudo cõſiſtat: vtrũ in virtutibus vel ſcientijs vel delectabilib⁹: vl visione dei ⁊ hmõi: alis nõ eſt ei determinatũ a natura. Ideo q̃n ex ꝓpria rõne adiutus diuina gra apprehẽdit aliq̃d ſpectale bonũ vt ſuã beatitudine in quo vere ſua beatitudo cõſiſtit: tũc merat: nõ ex hoc preci pue q̃ appetit naturaliter beatitudinẽ: ſed ex eo q̃ appetit hoc ſpeciale quod non naturaliter appetit: ſcilicet visionem dei: in quo fm rei veritatem ſua beatitudo conſiſtit. Et fm hoc ſancti merent appetẽdo deũ vel vitã eternam. Hec. b. Tho. in queſtionib⁹ de veritate. Raynerius

§.X. Liberum arbitrium

Ad q̃d extendit liberũ arbi.

ſe extendit ad omnes actus humanos ſcz q̃ pcedũt a voluntate deliberata rõne. Hi enim ꝓprie dicuntur actus humani. Hoc ꝓbatur auctoritate Damaſ. li. ij. dicentis. Homo libero arbitrio appetit: libero arbitrio vult: libero arbitrio inquirit vel ſcrutat: libero arbitrio iudicat: libero arbitrio diſponit: libero arbitrio eligit: libero arbitrio impetum facit: et libero arbitrio agit vel operatur in his que fm naturã ſunt. Declarat aũt hoc per diſtinctionem tria. Uel q̃ elicit ipm vel q̃ imperat ipſum. Ille actus ꝓprie [illegible] a potentia eſt elicitus qui immediate ab ipſa potentia pcedit: ſicut a viſu videre: ⁊ ab intellectu itelligere. Uñ viſus immediate elicit videre tanq̃ ꝓprium actum eius: ⁊ intellectus intelligere. Et hoc modo nõ omnes act⁹ humani ſunt actus liberi arbitrij. Sed ꝓprius ⁊ principalius actus liberi arbitrij eſt eligere. Alio modo actus attribuit potentie: q: imperat potentia ipm. Et hoc mõ actus oim virtus obedientiũ rõni poſſunt volũtati attribui: q̃ eſt motor oim virtũ q̃ imperiũ. Et ita etiã actus diuerſarum virtũ libero arbitrio attribuunt. Unde p imperium voluntatis ⁊ liberi arbitrij. mouent et potentie in act⁹ ſuos. Propter q̃ vires appetitiua dicitur mouẽs: q: imperat motũ. Et vires motiua que eſt affixa neruis ⁊ muſculis: q: exequit motum. Et per hunc modũ omẽs actus humani ſunt a libero arbitrio: q: impati ab eo. Unde illi actus humani qui ſunt virtũ rationalium per eſſentiã: illi ſunt eliciti a libero arbitrio. Illi vero qui ſunt virtũ rationaliũ p participationẽ ſicut ſunt actus irascibilis ⁊ cõcupiſcibilis: ſunt imperati a libero arbitrio. Virtutes aũt nutritiue partis nullo mõ participant rationẽ: vt dicit pbs. j. ethicoꝝ. Unde earum actus nõ ꝓprie dicunt humani: ⁊ ideo nõ ſubdũtur libero arbitrio. Ad hoc amplioꝛẽ euidẽtia notanda ſunt tria. Primum eſt q̃ cũ liberũ arbitrũ ſit facultas rationis ⁊ voluntatis: tres actus attribuũtur libero arbitrio ex pte rationis ⁊ tres ex pte voluntatis. Et ex parte rationis attribu[illegible] libero arbitrio: cõſilium: iudicũ ⁊ arbitr[illegible]. Qui quidem actus rationis pcedũt ab imperfecto ad perfectum. Nam primo eſt motus inquiſitionis de faciendo: ⁊ nõ faciẽdo: ⁊ iſtud eſt cõſilium. Secũdo eſt iudicium de faciẽdo. Tertio eſt ꝓpositum faciendi: q̃d dicit diſpoſitio: vel põt dici arbitrũ. Ex pte aũt voluntatis ſunt tres actus: ſcz electio: progreſſio ⁊ vſus. Primo igit eſt electio: ille eſt actus ſimpliciter [illegible]erior: primus. Et hoc eſt duoꝝ iacentium alterũ alteri preoptare. Secundo eſt progreſſus ad motũ exterioꝛẽ: ⁊ talis dicit[illegible] peru[illegible]. Tertio eſt motus exterior: ⁊ talis dicitur vſus. Secundo [illegible] liberũ arbitrũ principaliter eſt reſpectu actũ interioꝝ: ſecundario aũt exterioꝝ: prout ab actibus interioribus pcedunt: q: hoc modo impediri nõ poſſunt. Sed inquantũ actus exterioꝛes ſunt a virtute motiua corporali ſic impediri poſſunt. Et hoc modo non eſt libertas reſpectu illorũ actuum. Tertio notandũ q̃ q: electio eſt ꝓprius actus liberi arbitrij. et electio nõ eſt finis: ſed eoꝝ que ſunt ad finem. Ideo finis vltimus nõ cadit ſub libero arbitrio. Tamen q: id q̃d eſt finis reſpectu quorũdã: põt eſſe ordinatum eriaz ad finẽ viterioꝛẽ: ſcz vltimũ finẽ. Nulla aũt operatio humana eſt vltimus finis niſi per accidẽs: inquãtũ cõiungit vltimo fini. Et ideo oim operationũ hũanaꝝ põt eẽ electio: nõ iquãtũ ſũt fines ſed iquãtũ ordinant ad finẽ. Verbi gra. Quãuis vicere ſit finis potẽtie militaris: tamẽ natur m ad vlterioꝛẽ finẽ: ⁊ ideo ſub electione cadere potest: ⁊ ſic ſub libero arbitrio. Et ſi arguat in contrarium q: operatio mala eſt preter voluntatem fm dionyſium et Auguſtinum. Peccare nemo appetit propter hoc: ſed propter aliud quod ex eo conſequitur. xv. q. j. Ut rito. Cum autem talis ſit operatio humana: ergo nõ eſt operatio humana cadit ſub libero arbitrio ſeu voluntate. Reſpondeo q̃ operatio mala potius debet dici defectus q̃ actus: ⁊ potius hoc pertinet ad impotentiam. [illegible] ter. Malũ in eo q̃ malum eſt preter voluntatez eſt. Sed operatio mala inquãtum apparet bona: propter illud q̃d inde conſequitur quis ſcz delectationẽ vel vt[illegible] tamẽ cadere poteſt ſub voluntate: ⁊ libero arbitrio. Verbigratia. Apprehendit quis fornicationem nõ vt malum: ſed vt bonũ delectabile tempoꝛe paſſionis ⁊ ſic vult eam. Tho. ſuper. ij. ſententiarum. Raynerius.

De voluntario ⁊ inuolũtario. Capl'm. III.

E actu voluntatis vi

denda ſunt tria. Primo de volũtario ⁊ inuolũtario in ꝓi. Secõdo de actib⁹ volũtarijs quaſi ab ipſa voluntate elicitis: vt immediate ipſius volũtatis exiſtentibus. Tertio de actibus volũtarijs quaſi a voluntate imperatis: que ſunt ipſius voluntatis mediantibus alijs potentijs. ca. ſequentibus.

§.I. Quantum ad primuz

ſcz de volũtario ⁊ inuolũtario. Sciendũ q̃ actuũ humanorũ: aliqui ſunt oino volũtarij. Alij inuolũtarij. Tertij mixti ex volũtario ⁊ inuolũtario. Volũtarij oino dicũt actus illi humani qui ſpõte fiũt abſq; violẽtia ⁊ ignorãtia ⁊ metu. Pro horũ maioꝛi declaratiõe ſciendũ fm Tho. primã ſecũde. q. vi. q̃ que agũt ſeu ſe mouẽt in finez cuz aliquali cognitiõe finis: horũ motus ⁊ actus dicũtur voluntarij. Unde volũtariũ d: eſſe fm diffinitionẽ Ariſto. Damaſ. ⁊ Greg. nicen. nõ ſolũ cui⁹ principiũ eſt intra ſed cũ additiõe ſcientie. Uñ cũ homo maxie cognoſcat finẽ ſui operis: ⁊ moueat ſeipm in eius actib⁹ maxie voluntariũ inuenit. Sciendũ eſt cẽm q̃ quorũdam actuum ſeu motuũ principiũ eſt in agente ſeu in eo q̃d mouetur. Quorũdã vero actuum vel motuũ principiũ eſt ex. Luz enim lapis mouet ſurſum: puta cũ pijcit: hui⁹ motonis principiũ eſt extra lapidẽ. Sz cũ mouet deorſuz vt cũ cadit principiũ hui⁹ motiõis eſt in ipo lapide. Loꝛũ aũt q̃ a principio intrinseco mouent q̃dã mouẽt ſeipm: q̃d non. Cũ enim omne agens ſeu motũ agat ſeu moueat ꝓpter finẽ: illa pfecte mouent a principio intrinseco: in q̃b⁹ eſt aliq̃d intrinſecũ principiũ: nõ ſolũ vt moueant in ſe ſz vt moueant in finẽ. Ad hoc aũt q̃ fiat aliq̃d ꝓpter finẽ reqriur cognitio finis aliqualis. Quicũq; igitur ſic agit vel mouetur a principio intrinſeco q̃d habet aliquã noticiaz finis: habet in ſeipſo principiũ fi[illegible]actus: nõ ſolũ vt agat ſed vt agat ꝓpter finẽ. Q̃d aũt nullã noticiã finis habẽs in eo [illegible] actiõis vel motus: non tamen eius [illegible]gere vel moueri ꝓpter finẽ eſt principiũ in ipſo vel in alio a quo imprimit ei principiũ ſui actus vel motionis in finem. Unde huiuſmodi nõ dicũtur mouere ſe ipſa: ſz moueri ab alijs. Que vero noticiã habẽt finis dicuntur mouere ſeipſa: q: ineſt principiũ nõ ſolũ vt agat ſed vt agant ꝓpter finez. Utrũq; aũt horũ ſcz ⁊ q̃ ſe moueat: ⁊ finẽ ſui motus vel actiõis cognoſcat reperiũtur in actibus humanis: ⁊ ideo in eis ꝓprie ⁊ pfecte volũtariũ inuenit. Volũtariũ etiã reperit aliquo modo in brutis et pueris licz impfecte. Uñ ⁊ pbs dicit in. iij. ethicoꝝ. ⁊ Damaſ. ⁊ Greg. nicenus. q̃ bruta ⁊ pueri volũtario cõicant. Pro cuius declaratione ſciendũ fm. b. Tho. prima ſcõe q. vi. q̃ cũ ad rationẽ volũtaꝛij requiratur q̃ principium actus ſit intra agentẽ: cũ aliqua cognitiõe finis: ſicut cognitio finis actiõis in brutis ⁊ pueris eſt impfecta: ideo etiã volũtariũ i eis ẽ fm impfectã rõnẽ. Dicit aũt cognitio imperfecta finis q̃ in ſola finis apprehẽſiõe pꝛiſtit: ſine hoc q̃ cognoſcat ratio finis ⁊ ꝓportio act⁹ ad finem. talis cognitio inuenit in brutis per ſenſuz eſtimatiõem naturale. Uñ aial brutũ apphendẽs finẽ: nõ deliberat: ſz ſubito mouet in ipm. Perfecta aũt cognitio finis eſt non ſolũ quãdo apprehendit res que eſt finis: ſz cũ cognoſcitur ratio finis ⁊ ꝓportio eius q̃d ordinat ad ipm finẽ: et tal[illegible] cognitio pfecta cõpetit ſoli rationali nature. Et ſic etiã volũtariũ fm pfectã rõnez: ꝓpur. ſ. apphenſo finẽ ali quis põt deliberãs de fine ⁊ de hijs q̃ ſunt ad finẽ moueri vel nõ [illegible]oueri in ipm. Et notꝛa q̃ licz volũtariũ denoiatur dicat a volũtate q̃ noiat rõnabile appetitiũ vnde i brutis nõ reperit: tamẽ volũtariũ poteſt trahi ad ea in q̃bus eſt aliqua participatio volũtatis fm aliquã cõuenientiaz ad voluntatẽ: ⁊ hoc modo attribuitur etiã brutis inq̃tuz ſcz per cognitionẽ aliquã mouent in finẽ. Itẽ nota q̃ q̃uis deus mou[illegible] hoiem ad agẽdũ nõ ſolũ ſicut ꝓponẽs appetibile ſenſibili vel ſicut immutãs corpus ſz etiã ſicut mouens ipam volũtatẽ. Uñ ipe ait. Job. xv. Sine me nihil potestis facere: nõ rñ hoc eſt ⁊ rõnẽ act⁹ volũtarij. Cũ enim oĩs motus tam volũtatis q̃ nature ſit a deo ſicut a primo mouẽte: ſicut nõ eſt ⁊ rõnez nature q̃ mot⁹ nature ſit a deo ſicut a primo mouẽte: inquãtũ natura eſt quoddaz inſtrumentũ dei mouẽtis: ita nõ eſt cõtra rõnẽ act⁹ volũtarij: q̃ fit a deo inquãtũ voluntas mouet a deo. Eſt tũ de ratione naturalis ⁊ volũtarij mot⁹ q̃ ſit a principio intrinſeco. Itẽ licet de rõne volũtarij ſit q̃ principiũ ei⁹ ſit intra: nõ tñ eſt ⁊ rõnẽ volũtarij: q̃ primũ principiũ ſit extrinſecũ. Sicut in genere alterabiliũ primuz alterãs eſt corpus celeſte: q̃d tamẽ nõ eſt primũ mouẽs ſimplr: ſed mouet motu locali a ſupioꝛi mouẽte. Sic principiũ intrinſecũ volũtarij actus q̃d eſt vis cognoſcitiua vel appetitiua: eſt primũ principiũ in genere appetitiui mot⁹ q̃uis moueatur ab aliq̃ alio exterioꝛi fm alias ſpecies motus.

Quãtũ ad primũ inuolũtarium dicit

§.II. Volũtarium dicit aliquid duplr.

Volũtariũ dicit duplr.

ſ. directe ⁊ indirecte. Pro cui⁹ declaratiõe dicit. b. Tho. vbi. s. q̃ volũtarium d: q̃d eſt a volũtate. Ab aliquo aũt dicit aliquid dupliciter. Uno mõ directe: q̃d ſcz pcedit ab aliquo inquãtũ eſt agẽs ſicut calefactio a calore. Alio mõ indirecte ex hoc ipo q̃ nõ agit. Sicut ſubmerſio nauis dicit eſſe a gubernatore inquantũ deſiſtit a gubernãdo. Sed ſciendũ eſt q̃ nõ ſemp illd q̃d ꝓſequit defectũ actiõis reducit in agens ſicut in cãm: ex eo q̃ nõ agit: ſed ſolũ tũc: cũ põt ⁊ debet agere. Si enim gubernator nõ poſſet nauem dirigere vel non eſſet ei cõmiſſa gubernatio nauis: nõ imputaret ei nauis ſubmerſio que p abſentiam gubernãtis ꝓtingeret. Quia igit volũtas volendo ⁊ agendo põt impedire hoc: q̃d eſt nõ velle ⁊ non agere. ⁊ aliq̃n debet hoc: q̃d eſt nõ velle ⁊ nõ agere imputari ei quaſi ab ipſo exiſtes: cũ. ſ. debet impedire ⁊ nõ facit. ⁊ ſic volũt[illegible]iũ põt eſſe abſq; actu. Et quãdoq; q̃dem abſq; actu exterioꝛi cũ actu interioꝛi ſicẽ cũ vult nõ agere. Aliquãdo etiã abſq; actu interioꝛi ſicut cũ nõ vult. Probatur ⁊ hoc ratiõe tali. Id cui⁹ dñi ſumus dicitur voluntarium. ſed nos domini ſumus eius q̃d eſt agere ⁊ non agere: velle ⁊ non velle: ergo ſicut agere ⁊ velle eſt voluntarium: ita ⁊ nõ agere ⁊ nõ velle. Ad q̃d facit q̃d ait Aug. b. oſius. xv. q. i. Non eſt.

§.III. Inuoluntariũ dicit

De inuolũtario.

q̃d quis [illegible]lo modo vult. Et q: q̃d fit p violentiã ſeu coactionem abſolutam: homo nullo modo vult. Ideo dicit pbus ⁊ Damaſce. q̃ eſt aliquid inuoluntariũ per violentiam. Itẽ q: etiã q̃d fit per ignorantiã facti premiſſa debita diligẽtia homo nõ vult. Ideo dicit etiã pbs: eſt aliquid inuolũtariũ p ignorãtiam. Et ex etiã dicit q̃ errãtis nulla eſt volũtas. Sed p maioꝛi horũ declaratione dicit bea. Tho. vbi. s. q̃ duplex eſt actus volũtatis. Unus q̃dem qui eſt eius immediate velut ab ipſa elicitus. ſ. velle. Alius aũt eſt actus volũtatis ab ea imperat⁹: ⁊ mediãte alia potẽtia exercitus: vt ambulare ⁊ loqui: qui act⁹ a voluntate imperant mediãte potẽtia motiua. Quantũ igit ad actus a voluntate imperatos volũtas violẽtiam pati poteſt inquãtum per violẽtiaz exterioꝛa mẽbra impediri poſſunt: ne exequant imperiũ volũtatis. Sed quantum ad ꝓpri[illegible] actũ volũtatis nõ poteſt ei violentia inferri. Et huius ratio eſt: quia actus volũtatis nihil eſt aliud q̃ inclinatio quedam, pcedens ab interioꝛi principio cognoſcente: ſicut appetitus naturalis eſt q̃dã inclinatio ab interioꝛi principio abſq; cognitiõe. Q̃d aũt eſt coactuz vel violentũ eſt ab exterioꝛi principio. Unde cõtra rationez ipſius actus volũtatis eſt: q̃ fit coact⁹ vel violẽtus: ſicut eſt etiã ꝓtra rationẽ naturalis inclinatiõis vel mot⁹. Po

Duplex ẽ actus voluntatis.

Quõ põt volũtati ferri violẽta ⁊ q̃ modo nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

rest enim lapis p violentiā sursum ferri: sed q̃ iste motus violētus sit ex naturali inclinatione eius esse nō pōt. Si militer pōt etiā hō p violentiā trahi: sed q̃ hoc fit ex voluntate eius: repugnat rōni violentie. Et nota fm bm Tho. vbi supra q̃ sicut naturale dicit qd̃ est fm iclinationem nature: sic inclinatio fit in natura: sicut a principio actiuo: sicut ad agendū naturale est igni calefacere: sic inclinatio fit in natura: sicut a principio passiuo ad recipiendum: sicut motus celi dicit naturalis: q: hz naturalē aptitudinem ad talez motū: lz moueā fit voluntariū. Ita voluntariū dicit qd̃ est fm inclinationē volūtatis. q̃ hoc pōt esse dupliciter. Uno modo fm actionē: puta cū aliquis vult agere. Alio modo fm passionē: vt cū aliquis vult pati ab alio. Ubi cū actio inferat ab aliquo exterioi manēte in eo qui patit voluntate patiēdi: nō est simpliciter violentum q: lz ille qui patit nō oferat agendo: cōfert tñ volēti pati. vñ nō pōt dici inuoluntarium. Item fm. b. Tho. licet id in quo intēdit volūtas peccādo sit ꝰ naturam rōnalez: q̃ malū fm rei veritatē: tñ apprehendit illud vt bonum q̃ ꝓueniens nature inq̃tum est ꝓueniēs homini fm aliquā passionem sensus vl habitū corruptū. q̃ ideo nō sequitur q̃ si motus violentus sit ꝰ naturam motus voluntatis in peccando sit violentus: q: voluntas tendit in actum peccati: vt in rem fm naturam.

§.IIII. Mixtū ex volūtario

De his q̃ fiunt per metum,

q̃ inuolūtario dicit qd̃ fit ex metu seu coactione ꝑditionata. Et qd̃ fit ex ignoātia crassa. Et q̃tum ad primū dicit pbs in. iij. ethicoz. q̃ Bteg. nicenus. q̃ q̃ p metū agunt mixta sunt ex volūtario q̃ inuolūtario. Pro huius declaratione dicit. b. Tho. pma scde. q. vj. arti. vj. q̃ id qd̃ per metū agit in se ꝓsideratū nō est volūtariū: sed fit volūtarium in casu. s. ad vitandū malū qd̃ timet. Sed si q̃s recte ꝓsideret magis fuit ista voluntaria q̃ inuoluntaria. Sunt enī volūtaria simpliciter. Inuoluntaria fm quid. Unūquodq̃ enī dicit ē simpliciter fm q̃ est in actu: fm aūt q̃ est solum in apprehēsione nō est simpliciter: sed fm quid. Hoc aūt qd̃ p metū agit. fm hoc est in actu fm q̃ fit. Cū enī actus in singularibus sint. singulare aūt inq̃tum huiusmodi est hic q̃ nūc: sed hoc id qd̃ fit est actu fm q̃ est hic q̃ nūc: q̃ sub alijs ꝑditiōibus indiuidualibus. Sic aūt hoc qd̃ fit p metū est voluntariū inq̃tum. s. est hic q̃ nunc. put. s. in hoc casu est impeditū maioris mali qd̃ timebatur: sicut piectio mercū in mare fit voluntariū tpe tēpestatis ꝓpter timoꝛez piculi. vñ manifestū est q̃ est simpliciter voluntariū. Nam cōpetit ei rō voluntarij: q: principium eius est intra. sed q̃ accipiat hoc qd̃ metum fit vt extra istū casum existens. put repugnat voluntati: hoc nō est nisi fm ꝓsideratione tñ. Et ideo est inuoluntarius fm quid. id est. put ꝓsideratur extra istū casum existēs. Et licet qd̃ p metū fit volūtas nō ferat in illud ꝓpter seipm tñ fertur in illud ꝓpter aliud. s. ad repellendū qd̃ timet malum. vñ voluntarius motus est. Sufficit enī ad rōnez voluntarij q̃ fiat ꝓpter aliud. Voluntariū enī est nō solum qd̃ volumus vt finē: sz etiā qd̃ volumus ꝓpter aliud vt ꝓpter finē. Sed in eo qd̃ fit p vim. s. absolutā: voluntas interior: nhil agit. vñ differunt qd̃ agit p vim q̃ qd̃ agitur p metū: sicut inuoluntariū q̃ voluntariū. Concupiscentia aūt que est passio nō causat inuoluntarium: etiam fm quid sicut timor. Rō est: q: timor est ꝑ malo. Cōcupiscentia aūt respicit bonū. malum aūt fm se cōtrariat voluntati: sed bonum est voluntati cōsonum. Vñ magis se habet timor ad causandū inuoluntarium q̃ cōcupiscētia. Uno concupiscentia auget voluntarium.

§.V. Quod fit ex ignoratia

De his q̃ fiunt ex ignoratia.

dicit ctiā mixtū volūtario q̃ inuolūtario: sed nō intelligit hoc de quacunq̃ ignorātia. Pro cuius declaratiōe dicit. b. Tho. prima scde. q. vj. arti. viij. q̃ ignorātia tripliciter se habet ad actū volūtatis. s. cōcomitanter. consequenter: antecedenter. Cōcomitāter quidē ꝓmo modo q̃ ignorātia est de eo qd̃ agit. tñ etiam si scires nihilominus ageres. Tunc enī ignorātia nō inducit ad volendum: vt hoc fiat sed accidit simul esse aliqd̃ factū. q̃ ignoratum sicut in hoc exemplo. Cum aliqs vellet quidē hostem occidere: sz ignorans occidit cū putans occidere cervum. Et talis ignorantia nō facit inuoluntariū: vt pbs dicit: q̃ causat aliqd qd̃ repugnet volūtati: sed facit nō volūtarium: q: nō pōt eē actu volūtū qd̃ est ignoratū. Consequenter aūt se hz ignorātia ad volūtatē: inq̃tū ipa ignorātia est volūtaria. Et hoc ꝓtingit dupliciter fm duos modos voluntarij supꝓpositos. Uno modo: q: actus volūtarius fertur in ignorātiā: sicut cū aliquis vult ignorare: q̃ excusationem habeat de pcto suo: vl vt nō retrahat a peccato fm illud Job. xxj. Scientiā viaꝝ tuaꝝ nolumus. q̃ hoc dicitur ignorantia affectata. Alio modo dicit ignorātia est qd̃ quis pōt scire q̃ debet. sic enī nō agere q̃ nō velle voluntarium dicit indirecte. Hoc igit modo dicit ignorantia: siue cum aliquis actu nō ꝓsideratur qd̃ ꝓsiderare pōt q̃ debet: que est ignorātia male electiōis ex passione vt habitu. pueniens: siue cū quis noticiā quam debet nō curat acquirere. Et fm hunc modū ignorantia vniuersalis in ꝛis: que quis scire tenet: voluntaria dicitur quasi p negligentiā veniens. Cum aūt ignorātia sit voluntaria aliquo istorum modoꝛ nō causat simpliciter inuoluntariū: sz causat tñ fm quid inuoluntariū inq̃tum ꝓcedit motū voluntarium ad aliquid agendū qui nō esset scientia ꝓsente. Aliter denter se habet ignorantia ad voluntatem qn nō est voluntaria. q̃ tñ est causa volendi q̃ als hoc nō vellet vt cum homo ignorat aliquam circūstantiam actus: quam nō tenebatur scire. Et ex hoc aliquid facit quod non faceret si sciret: puta cum aliquis diligentia adhibita nesciret aliquem transire p viam: pijcit sagitam que interficit transeuntem. q̃ talis ignorantia que dicit facti causat inuoluntarium simpliciter,

§.VI. De predictis

voluntario q̃ inuoluntario q̃ mixto ex vtroq̃ multa habentur in iure. vñ e pluribus aliqua ponent. Ubi sciendum q̃ regulare est q̃ ea quevi metusue causa fiūt. arci robaris firmitate. extra de his que vi me. ve cau. fi. c. ad audientiam. q̃ talia sunt inuoluntaria simpliciter vl fm qd. Pro cuius declaratiōe nota fm Rayneriū. q̃ vis est malicia rei impetus: qui repelli nō pot est. ff. qd̃ me. cau. l. j. Dictatus vero est instantis vl futuri periculi causa metus cadens. Et idem beatus Tho. in. iiij. Uls aūt seu coactio est duplex fm Tho. in. iiij. q̃ fm glo. super ca. de iudeis. di. xlv. s. absoluta q̃ conditionata. Et de absoluta coactione intelligit diffinitio sup. dicta de vi data. Et hec quidem: q: est inuoluntaria simpliciter in materijs penalibus excusat a toto: sicut si qua mulier violenter cognoscat. vel si violēter manus alicuius accipiat ad ponendum thus sup ignem coā ydolis q̃ hmōi. In nullo peccat voluntarie cōno renitente: vt habet. xxxij. q. v. ita ne. q̃. c. sequenti. Talis etiam coactio absoluta tollit veritatem et effectum sacramentorū: vt dicit in glo. sup. c. de iudeis. di. xlv. Si enim quis teneat violenter q̃ ipso reclamante baptisetur nil recipit nec characterem nec gratiā: q̃ sic ꝑ ordinem sacris. Coactio ꝑditionata: q: hec nō est cōno inuoluntaria: sed est voluntariū mixtum. In se enī illud non vellet ad quod cogit: sed vult penas cuitare: quibus cogitur. q̃ ideo assentit. vnde nō excusat a toto: sed a tanto in quanto. Unde dicit extra eo. ti. sacris. q̃ licet metus cōpas aut minet: nō tamen prorsus excludit: q: pro nullo metu quis debet cōmittere mortale peccatum. Et sub hac coactione conditionata comprehēditur metus: siue coactio p metum fm. b. Tho. in. iiij. q̃ pe. que est duplex. Una. s. levis q̃ sufficiens: que non cadit in constantem virum: vt si quis

timet non perdere gratiam seu amicitiam alicui? Si non facit qd̃ vult. Dicitur etiam metus levis in vno: qui non dicet in alio: q: nō est verisimile q̃ nimis clare dignitatis in vbe timuisse: vel regē paruum timuisse suum. vt xxj. q. ij. c. Lotharius. Et. ff. q̃ me. cau. nō est verisimile Alia coactio est grauior per metū qui. s. cadit in cōstantem virū: vt metus mortis vel cruciatus: q̃ talis metus excludit matrimonium: quoad deuz q̃ quoad ecclesiam fm Thomam q̃ Pet. q̃ Alber. in. iiij. Et Ray. q̃ Hostien. in sum. Et similiter timor stupri vel scruturis excludit matrimonium fm prefatos doctores. Nec differt vtrū predicta quatuor fiant in persona propria aut liberoꝛ aut vxoris. Unde versus. Excusare metus hos posse puta q: vis fit. Stupr, si siue status vberis atq̃ necis. Et hoc nisi post eō sentiret. Talis etiam metus qui potest cadere in cōstantem virum rescindere facit cōtractus. Dicit tamen Alber. in. iiij. q̃ compulsus per metū cadentem in cōstantem virum cū, pmisit aliquid alteri vbi est iudiciū per qd̃ potest inuenīri defensio a iudice debet soluere, pmissum sz qd̃ de se non est malum: vt dare centum florenos q̃ huiusmodi. Cōpetit enim actio ex lege q̃ ex canone: q̃ iudex debet restituere facere in integrū. Sed si defectus sit in dicis tunc nō debet soluere vt puto. Et hoc si iuramentū nō interuenit: nam tunc soluendū est. Uel faciat per supiorem relaxare. Si autem iam violauit iuramentū non solvendo: veniens ad penitentiam nō est cogendus ad dandum promissum: sed penitentia iniungenda de peccato.

temptationes sunt plurima de quib' pauca dicemus. Et primũ est sui humiliatio ps.cxiij. Custodiẽs pusilos dñs humiliat' sum ⁊ liberauit me. Figura.i. Reg.xvij. in David quid qui vicit philisteũ fortissimũ diabolum signantem funda.i. hũilitate ⁊ lapde resistentie. Expliũ ō.b. Ambrosio: qui vidẽs totũ mundũ plenũ laqueis se incedentibus i. temptatiõibus:cũ exclamasset. O quis istos euadet audiuit sola humilitas. Scdm est deuota oratio. Matth. xxvi. Vigilate ⁊ orate ne intretis in temptationem:dixit ꝓpis discipulis suis. Figura Exo.xvij. Moyse tenẽte manus eleuatas ad celũ ⁊ orãte:ppl's suus vicit amalechitas qui designant demones. Expliũ orante.b. Ambr. ⁊ cuz temptaret de fide fuit sibi dictũ a virgine maria. Ego pro te orauí vt nõ deficiat fides tua. ⁊ orante.b. Bernardo pro quodã temptato cessauit temptatio. Tertiũ est sacra lectio lecta vel audita. ad Heb.iiij. Uiuus est sermo dei ⁊ penetrabilior oi gladio ancipiti. s. ad vulnerandũ ⁊ debilitandũ inimicos. Figura.ij. Mach.vi. In gladio quem dedit in visione onias iude machabeo [illegible]. Ita ꝗ b̃ deijcies inimicos. ⁊ ibidẽ de ipso iuda dicit ꝗ mundabit exercitum suũ:non lancea ⁊ clipeo:sed sermonibus opitulatus:referendo gesta sctõꝝ de q̃bus in scripturis habuerunt quib' ꝓfortari victoriã cõtra inimicos habuerunt. Hiero. Ama studia scripturaꝝ ⁊ vitia carnis nõ amabis. Et ipse etiã in deserto tẽptatus verbis script[illegible]re temptato:i resistitur. Matth.iiij. Quartũ est passionis xpi pia meditatõ Ten. Dabis eis scutũ laborẽ tuũ.s. passionis ad defendendũ sese ꝗ tela inimici tẽptationũ. ad Heb.xij. Recogitate eũ qui talẽ sustinuit aduersus semetipm ꝗdictionem vt nõ fatigemini animis vestris deficientes. Figura fuit qñ ad aspectũ serpẽtis enei in palo erecti. homines aspicientes sanabant a morsibus serpentũ.i. demonũ:pseruatur ne occidãtur hoies aspiciẽdo ad crucifixũ mẽte:figuratũ in ꝓpẽte eneo. Nũe.xxj. Quintũ ẽ ꝓsideratio eoꝝ q̃ sunt fidei:vt pmij celestis:supplicij eterni ⁊ huiusmõi. ad Eph.vi. Jn' oib' sumẽtes scutũ fidei in quo possitis oia tela.i. tẽptamẽta inimici extinguere.i. Job.v. Hec est victoria q̃ vincit mũdũ fides nr̃a. Cõsiderãdo em gliaz anima tur qs ad laborẽ certaminis. Vñ Lu.xxij. Vos estis q̃ permãsistis mecũ in tẽptatiõib' meis:⁊ ego dispono vob̃ regnũ vt edatis ⁊ bibatis sup mẽsaz meã in regno meo. Et q̃dãv habet invita patrũ cũ tẽptaret de luxuria ꝓpter mulierez receptã ex cõpassione in cella:ne deuorarẽt nocte a feris:ꝓsideras penas inferni:⁊ vt efficacius intelligeret: ponẽs digitos ad ignẽ lucerne accẽse vsq; ad cõbustionẽ sic vicit tẽptationẽ. Sextũ est ꝓcordia ⁊ fraterna charitas. Vñ dicit de sancta ecclia in Cant.q̃ est terribil'.s. de monibus vt castroꝝ acies ordinata:q.s. fideles sunt vniti inuicẽ sicut exercitus ordinatus. Et in figurã hui' dr Judith.xv.q̃ filij israel insimul vniti etsi pauci pseqẽtes exercitũ holofernis pene inmunerabilẽ fugarũt ⁊ vicerũt eũ. Et Greg. sup Ezech. dicit q̃ nõ timet diabolus in nobis abstinẽtiã vel vigiliã vel paupertatẽ ⁊ alia hmõi:ꝗ cõcordiã ⁊ charitatem quã in celo seruare nesciuit.

§.VII. Dicto de causa peccati

interiori ⁊ exteriori:sequit de alia cã q̃ est ipm pctũ. Cõtingit aũt vnuz pctũ esse cãm alterius fm quatuor genera causarũ:vt dicit Tho. [illegible]ma se.q.lxxv. Prio qdẽ fm modũ cãe efficiẽtis v[illegible]uetis:⁊ p se ⁊ p accidẽs. Per accidẽs qdẽ si [illegible] mouẽs, phibẽs dicitur mouẽs p accidens. Cũ em p vnũ actũ peccati homo 'amittat grãm vel charitatẽ vel verecũdiam vel quodcũq; aliud retrahẽs a peccato incidit ex hoc in aliud pctũ:⁊ sic primũ peccatũ est cã secũdi p accidẽs. Per se aũt sic cũ ex vno actu peccati:homo disponit ad b̃ ꝗ aliũ actũ cõsimilẽ facilius cõmittat. Ex actibus em causant dispositões ⁊ habitus inclinãtes ad ꝓsimiles act'. Scdz vo gen' cause material': vnũ peccatũ est causa alterius inq̃tum prepat ei materiã. Sicut auaricia prepat materiaz litigioso:qõ plerũq; est de diuitijs ꝓgregatis. Scdz vo gen' cause final' vnũ peccatũ est cã alteri':inquãtũ ꝓpter finẽ vni' peccati aliquis cõmittit aliud peccatũ:sicut cũ qs cõmittit simoniã ꝓpter finẽ ambitionis:vel fornicat' ne ꝓpter furtũ. Et qr finis dat formã in moralibus. vt.s. habitũ est. Ex hoc etiã seq̃tur ꝗ vnũ peccatũ fit formaliter cã alterius. In actu em fornicationis q̃ propter furtũ cõmittit est quidẽ fornicatio sicut materiale:furtum vero formale.

Titulus.VII. De peccato

De diffinitione peccati multiplici. Cap. I.

Epeccato primo videndũ est de diffinitione eius qd fit. Ubi notandũ ꝗ multiplex diffinitio dat fm doctores fm diuersas causas.s. materiales vel formales efficientes vel finales. Ex pte cause materialis seu materie [illegible]quentis seu exercentis peccatum August. sic diffinit peccatũ. Est dictũ vel factũ vel cõcupituz ꝓtra legem dei:seu ꝗ legẽ eternã. In hac descriptione tangunt duo. Primũ est act' in ordine ad instrumẽta q̃b' act' ipse peccati exercet cum dicit dictũ vel factũ vel cõcupituz. Nam instrumẽta quib' exercet actus peccati;sunt vel

cor:vel lingua vel manus. Nã aut cogitatione:aut locutione:aut operatione ꝓpetrat. Ubi notandũ ꝗ nulla priuatio vel negatio est in genere p se:q; nõ hz aliquã quidditatem vel esse:sed reducitur ad gen' affirmationis:fm ꝗ in nõ esse:intelligit esse:⁊ in negatiõe affirmatio vt dicit phs:q; omnis priuatio p habitũ cognoscit ⁊ remotio per positionẽ fm bea. Tho. in.j.pte. Et ideo in dicta descriptione ⁊ in dicto includit nõ dictũ vel omiss' io dicti. In facto omissio facti. In ꝓcupito omissio ꝓcupiti. Non em hz hoc dictũ inq̃tũ est affirmatiue dictũ ꝗ fit pctũ. sed b̃ habet a duobus. Primo quidẽ ex parte voluntatis. s. inq̃tuz dictũ vel factũ:vel cõcupitum:est in potestate volũtatis. Scdo habet hoc ex parte finis:inq̃tũ est a rectitudine finis exiens. In his duobus cõuenit cũ dicto affirmatio facto vel cõcupito:etiam nõ dicere vel nõ facere vel nõ cõcupere:q; similiter est in potestate volũtatis ⁊ a recto ordine finis exiens. Unde sicut actus est in potestate volũtatis:⁊ per hoc habet ꝗ sit peccatũ vel meritũ. ita etiã negatio actus. Secundo tangit defectus regule dirigentis:cũ subdit cõtra legẽ dei in legẽ eternã. Nam lex eterna seu dei primo ⁊ principaliter ordinat hominẽ ad finez cõsequẽter hominẽ bñ se habere in his q̃ sunt ad finẽ. Et ideo in hoc ꝗ dicit cõtra legẽ eternã tangit auersionẽ a fine:⁊ omẽs alias ordinatões. Et si querat cũ peccatũ sit aliq̃d ex eo qõ est contra rationẽ quare Augu. in diffinitione pdicta nõ posuit peccatũ esse dictũ vel factũ vel cõcupitũ cõtra rationẽ:sicut dicit esse ꝓtra legẽ eternã. Ad hoc rñdet q̃ pctũ aliter ꝓsideratur a phos:aliter a theologo. Nam phs cõsiderat pctũ:fm ꝗ ꝓtrariat rõni:hz theologus ꝓsiderat fm ꝗ est offensa dei ⁊ ꝓtra deum:⁊ ideo Aug. vt theologus diffinit peccatũ ꝓuenientius ex hoc ꝗ est ꝓtra legẽ eternã q̃ ex hoc ꝗ est ꝓtra rõnẽ:precipue cũ in multis regulemur p legẽ eternã que excedũt rõnẽ humanã vt in his q̃ sunt fidei. Hec.be. Tho.sup.ij.sen.dist. xxxv. Rayne. Et qr pctũ ex dictis cõmittit q̃tuor modis scz cogitatiõ. locutõe:opere:⁊ omissione:ideo piusdeus exhortat animã peccatricẽ ad pniam:quater inuitas ad reuersionez dicẽs in Cant. Reuertere reuertere sunamitis:reuertere reuertere vt intueamur te. s. oculo pietatis ⁊ gratie. Sunamitas interpretat captiua:⁊ p peccatũ homo captiuus tenet a diabolo. q.d. pctã omnia dimitte: et detestare que cogitatiõe locutõe ope ⁊ omissione cõmisisti. Et cũ tũc reuertit ad pniam:resuscitatur spũaliter. Lazarus quadriduan'. Job.xj. Dicti quartuor dies sunt predicti quatuor gradus quib' morit aia. Ex pte forme vel deficientis diffinit sic. Pctũ est puaricatio legis eterne' [illegible] inobedientia mandatoꝝ. ⁊ cele[illegible] Ambro. in lib. de paradiso. In qua descriptiõe tangunt duo. s. priuatio dirigentis in finẽ:⁊ deordinatio ab ipo fine. Et priuatio dirigentis in finẽ ibi notat cũ dicit ꝗ pctũ est preuaricatio legis eterne:⁊ hoc vel faciendo qõ lex phibet:vel omittẽdo qõ lex pcipit:ex quo pctũ hz rõnẽ mali. Nã siue in natura siue in moribus. de rõne peccati est preterire regulã rationis. Regula aũt rõnis qua ꝓstituitur mediũ inter superfluũ ⁊ diminutũ:necesse est vt quedã resecet ⁊ quedã statuat. Unde etiã in rõne naturali ⁊ in lege diuina. vñ debent actus nostri regulari:ptinent q̃dã pcepta negatiua ⁊ q̃daz affirmatiua. Sicut aũt negationi opponit affirmatio. ita affirmationi negatio:⁊ iõ sicut malũ agere imputat homini ad pctũ:q; opponit pcepto legis negatiuo ita ipm b[illegible]ũ nec agere imputat homini ad pctũ:q; opponit pcepto affirmatiuo. Scdo in diffinitõe peccati tãgit deordinatio ab ipo fine in b̃ ꝗ dicit celestiũ inobedientia mãdatoꝝ. Ubi no. ꝗ inobedientia accipit duob' modis Uno modo speciali'. s. qñ qs nõ facit qõ precipit' vel faciat qõ phibet:respiciẽdo ad ꝓtemptũ precipientis vel phibentis. Et talis inobedientia opponit obedientie q̃ ẽ spãlis virtus q̃ respicit auctẽ pcipientis vel phibentis. Secũdo mõ accipit inobedientia gnali'. s. qñ qs nõ facit qõ pci-

Impfecti nõ dnt appetere tẽptatiões.

Perfecti ⁊ ex pte debẽt appetere tẽptationem.

Ps.xxv.

Diabolus nõ tẽptat vincẽtem.

Scilicet mulierem.

Cant.vi.

pctũ diffinit p ambrosium.

Inobedie tia duplicitur accipitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pitur vel facit qd̃ ꝓhibet:⁊ hoc mõ inobedi omittit oē peccatum. Et opponit hmõi inobedientia obie: q̃ cõcomitat oēm vtutem. qd̃ ps: qz q̃cũq; facit aliquē actum virtutis obedit:⁊ de hac generali inobedientia intelligit dictũ Amb. in supradicta diffinitõe. fm. b. Tho. in. ij. sen. di. xxv. Et sciendum q̃ illa duo q̃ ponunt in diffinitõe Amb. non sunt eadē vt videt: sed distinguunt dupl̃r lex ⁊ mandatũ. Primo qz cum fiendũ vel cauendũ statuit: tunc lex est. Cum aut ꝓcipitur vel ꝓhibet ꝓceptum est. Aliud est aut statui qd̃ fit p legem: aliud iuberi qd̃ fit p ꝓceptum. Secõ mõ distinguunt sic vt lex dicat in declinãdo a malo: ꝓceptum vel mandatum in faciendo bonũ. Hec Alex. de hales i. ij. pte sum. hinc ps. Confitemini dño in cytharа. i. in confessione vocali: ⁊ in psalterio decem chordarũ psallite illi. i. in obseruatiõe decẽ ꝓceptorũ. Figurat aut transgressio decem mãdatorũ per illos decẽ leprosos q̃ a longe stãtes clamauerunt dicẽtes xpe. Luc. xvij. Jesu fili dauid miserere nostri. Qui ab eo missi ad sacerdotes dum irent mũdati sunt. Sic p recognitiõem pcti ⁊ ꝓpositũ debitũ ꝓfitendi purgant hoies a lepra inobedientie. Alio mõ diffinit peccatum ex pte forme seu cãe exemplaris a qua deficit. Dictũ eni fuit moysi. Exo. xxv. Inspice ⁊ fac fm exemplar qd̃ tibi in monte monstratũ est: q̃. s. pertinet ad constructiõem tabernaculi. i. ecclesie. Mons aut xpm signat ⁊ fm hoc diffinitur ab Aug. q̃ pctm̃ est appetere q̃ xpe cõtempsit: vel fugere ea q̃ xpe sustinuit: qd̃ ꝓbat p eius oppositum dicens. Non eni vllum peccatũ cõmitti pot: nisi dũ appetũtur que xpe cõtempsit: aut fugiunt q̃ ipe sustinuit: qd̃ est respectu tristium ⁊ aduersorũ. Aliud est amoris seu cupiditatis. s. appetere que xpe ꝓtempsit: qd̃ est respectu delectabilium: ⁊ aliud fugere aut timere q̃ xpe ꝓpessus est et hoc respectu penalium. Qē aut pctm̃: vt dicit Aug. ꝓcedit vel ex amore male inflãmante: vel ex timore male humiliante: sed et timor ꝓcedit ex amore. Timet enim quis amittere aliqd qz illud amat. Hec Alexã. in. ij. parte sum. Rayne. Certio pot pctm̃ cõsiderari ex [illegible] potẽtie: vel causis sufficienter impanũt ⁊ peccatũ cõplẽtis. Et sic diffinitur ab Aug. in lib. de duabus aiabus: q̃ pctm̃ est voluntas retinẽdi vel cõsequendi qd̃ iustitia vetat. Et hr̃. xv. q. j. In qua diffinitiõe tangunt duo. Primũ est actus volũtatis: in hoc qd̃ dicit q̃ ē volũtas retinendi vel cõsequẽdi aliquid. Secũdo tangit defect' rectitudinis in hoc quod subdit: qd̃ iustitia vetat. Et sumit hic iustitia non ꝓut est virtus specialis sed ꝓ iustitia generali: q̃ idez est qd̃ oīs virtus. s. fm q̃ imporat rectitudinẽ volũtatis: q̃ attẽdit fm omnẽ virtutẽ fm. b. Tho. sup. ij. sent. De hac iustitia generali intelligitur illd̃ ps. Lux orta est iusto. [illegible] ratie et veritatis quoad intellectũ: ⁊ rectus corde letitia: quoad effectum. Idem aut est esse iustũ ⁊ rectum corde. Consistit enim talis letitia in q̃dam rectitudine qua reddit vnicuq; qd̃ suũ est. s. sapiorib' vt deo ⁊ ꝑlatis obiam ⁊ venerationem. ad Ro. xiij. Qis aia ptãtibus supiorib' subdita sit. Et ad hoc facit qd̃ hr̃. di. viij. q̃ 5 mozes. Equalib' ꝓpinquis ⁊ exneis beniuolentia ⁊ subuentiõem. Jo. xv. Hoc ē ꝓceptum meũ vt diligatis iuicem: sicut dilexi vos: affectu. s. ⁊ effectu. Ad hoc facit qd̃ hr̃ de pe. di. ij. pinde. inferioribus. s. subditis ⁊ corpi suo ꝓuidentia ⁊ cohertionem. j. Petri. v. pascite eũ qui vobis est gregez. Ad hoc facit qd̃ hr̃. xxiij. q. iiij. duo ista. d̃ pe. di. ij. corpus. Et sicut iustitia generalis ista instigat: ita vetat ꝓria. Una ibi est peccatum. s. sapiorib̃ ꝓdictiõem ⁊ irreuerẽtiam et [illegible] obdurationem ⁊ maliuolentiã: inferiorib' relaxatiõem ⁊ negligẽtiam. De hac etiã iustitia hr̃ Ezech. xviij. Si auertẽrit se iustus a iustitia sua ⁊c. Itẽ ex pte cause pncipalis agẽtis. i. volũtatis diffinitur sic. a. b. Aug. in lib. d̃ lib. ar. Peccatum est affectio mala volũtaria. In diffinitõe tangũtur tria que sunt de rõne peccati. Primũ est actus volũtatis. Secũ est defectus rectitudinis. Tertiũ est defect' culpabilis. Primo ergo notat̃ actus volũtatis; cũ d̃ peccatũ ē affectio. Nam affectio sumit̃ pro actu volũtatis elicito vel imparo interiori vel exteriori. Et si arguat̃ in 3ium q̃ affectio est res. Pctm̃ aut non est res vl̃ suba: vt dicit Aug. ergo nihil est. ⁊ sic p ꝓns nõ est affectio. Rndet̃ q̃ affectio vtiq; est res. Sed cũ d̃: q̃ peccatũ non ē res: intelligitur pctm̃ non ē res: rõne defect' qui adiungit̃ affectiõi. Et rõne illius defectus cõparat̃ peccatũ claudicatõi ⁊ alijs defectib'. Sed ille defect' est in affectiõe sicut claudicatio q̃ nihil ponit in tibia. Secõ tangit̃ defect' rectitudinis: cũ d̃: mala. s. affectio: ex quo separatur a bõa affectõe q̃ est in actu vtutis. Si enim esset defect' eius qd̃ nõ debz inesse: nõ haberet rõnem mali. Sicut nõ est malũ in lapide non hẽre visum: qz nõ est natus ipm hẽre. Ubi [illegible] q̃ defectus realis vel puatio rei nõ est res: sed id cui accidit defectus vel puatio est res. Sicut esse cecũ nõ est res vel aliqd reale: sed id cui accidit eē cecum. Defect' ergo virtutis seu virtualis est malũ. Hec. b. Tho. in qõnibus de malo. q. i. vbi dicit. Qd̃ nõ oīs defectus boni bz rõnem mali sed defect' vel puatio boni qd̃ natũ est haberi. Sicut non est defectus hoi qd̃ non possit volare: nec p ꝓns bz rõnez culpe vel pene: nec est ei malũ culpe vel pene: sed eē malum aui q̃ estinata ad hoc. Unde cum hõ sit natus habere affectiõem bonã virtutẽ ⁊ grãm: non hẽre est peccatũ: qz horum puatio est volũtaria. Tertio tangit̃ in dicta diffinitione defect' culpabilis: ⁊ p ꝓns vituperabilis est. i. voluntaria ex q̃ separat̃ ab affectiõe penali q̃ non ē peccatũ vel culpa sed effect' culpe fm Alex. ij. pte summe. Diffinitur peccatũ ex pte cãe finalis a qua deficit [illegible] ab Aug. i lib. de lib. ar. Peccatũ est auersio ab i cõmutabili bono et cõuersio ad cõmutabile bonum indebita. Ubi q̃tuor sũt notanda. s. grauamẽ: ordo: ligamẽ: ⁊ vnitas. Et quãtũ ad pmum. s. grauamẽ nota q̃ ex indebita conuersione ad cõmutabile bonũ sequit̃ auersio: ab incõmutabili bono: qua pficitur rõ mali: ⁊ ideo oīs fm diuersitatẽ eorũ que ptinent ad auersionem: [illegible] diuersa grauitas in peccatis. Quãtum ad scõm. s. ordo [illegible] id sit videlz pus in peccato mortali auersio an auersio. Sc[illegible] cũ pctm̃ principaliter in volũtate ꝓsistat: iõ q̃tum ad volũtatẽ illd̃ ē pius qd̃ a volũtate pncipal̃r intendit. Et iõ in pctis spũalibus pncipalius intẽdit̃ auersio. pus est eni auersio ab incõmutabili bono: q̃ cõuersio ad cõmutabile bonũ: sicut in illis delibus ⁊ illis q̃ despantes seipos tradiderunt se impudicitie: vt dicit ad Eph. iiij. In pctis aut corporalib' in q̃bus pncipaliter intendit̃ fruitio boni cõmutabilis: pus ē naturaliter cõuersio q̃ auersio: q̃ nõ est pncipal̃r intenta sed ꝓter intentõem q̃ sequit̃ ex inordinata cõuersione ad bonum cõmutabile. Hec. b. Tho. in quodlibeto. xij. q. xvi idem ibi: qz clarius. Quantũ ad tertiũ. s. cõnexionẽ nõ duo sunt randũ q̃ in peccato sunt duo. s. auersio ⁊ ꝓuersio: ex pte tũ peccati q̃dem auersionis: mortalia [illegible] cõnexionẽ inẽtrus qd̃libet auertit a bono incõmutabili: sed ex pte cõuersionis nullo mõ hũt ꝓnexionem sicut virtutes. Ex hoc enim q̃ qs conuertitur ad vtilitatẽ pecunie p auaricia nõ seqtur q̃ ꝓuertatur ad bonũ delectabile carnis qd̃ fit p luxuria. Quã ꝓuersio ⁊ tum ad q̃tum. s. vtrũ hec auersio vel ꝓuersio sint duo peccata vel vnũ. Ad qd̃ breuiter rndet̃ q̃ hec duo sunt vnum pctm̃ fm rem differẽs in cõpatõe ad diuersos terminos deũ ⁊ creaturã: ita q̃ ibi est vnic' motus vel vnic' actus: ⁊ duo termini. s. recessus a deo ⁊ accessus ad creaturã. Sicut ꝓbi gratia: idem est mot' q̃ recedit̃ a bononia ⁊ venit̃ florẽtiã. Cũ q̃ ꝓtẽptus ⁊ auersio fit recessus a deo ꝓuersio vero fit accessus ipi' volũtatis ad creaturã: est ibi vn' motus: ⁊ vnũ pctm̃. Hec. b. Tho. in. ij. sen. di. xlij. Et Alex. ij. parte sum. fm aut ipsos duos termios. s. recessus a deo [illegible] accessus ad creaturã p ꝓuersionẽ inordinatã. dicit dns p Ulder. ij. capi. Duo mala fecit ppl's me'. Me reliqrũt fontes aq̃ viue: ⁊ foderũt sibi cisternas dissipatas q̃ nõ valent ꝓtinere aq̃s. Ubi duo notant̃. Primũ discessio vl̃ auersio a creatore; ibi, Me reliqrunt; nõ iutilẽ vel parũ vtilẽ: sz multũ vtilẽ qz fontẽ aque viue. Cõpat̃ a[illegible] deus fonti tripli

Ver ⁊ mãdatũ distinguntur.

pã. xxxij.

Alia diffinitio Augustini.

Alia diffinitio Augustini.

pã. xcvi.

Alia diffinitio pcti augustini

ꝓpter ꝓpter [illegible] aquas bz sicut riuus bz ex seipo: sic deus a nullo aliqd̃ habet̃ ni bz vel recipit: bz ex seipso ⁊ p suã essentiã est infinitum bonũ. Secõ rõne influentie: qz sic fons riuis aquam influit sic deus omnibus creaturis. ps. Dñe apud te est fons viuẽs. Hauriẽtis aquas de fontib' saluatoris. Tertio rõne efficitie. qz sicut fons aquã viuã tribuit: sic de' nõ est fons cuiuscũq; aque ꝑ viue. Job. iiij. Dedisset tibi aquã viuam. Et in Cant. Fons hortorũ eccl'ia. s. ē pute' aquarũ viuẽtium q̃ fluũt impetu ō libano. i. a deo. Et tãviua est ista aqua q̃ in potantibus fontẽ faciat. Et iõ est multũ desiderabilis q̃ nõ est aqua q̃ in potãtes ꝓuertat̃ ꝑ ipsa ꝓuertit in se potantes: qz fontes facit iuꝛ illud. Aqua quã ego dabo ei fiet in eo fons aq̃ salientis in vitã eternã. ait xps samaritane. Job. iiij. Sedõ tãgit̃ illud malũ peccati adhesio scz vel inordinata ꝓuersio ad creaturã. ibi. Et foderũt sibi cisternas dissipatas q̃ nõ valẽt ꝓtinere aquas. Ubi ostẽdit̃ defectus triplex. Primus qz nõ sunt principales. ⁊ ideo a seipsis nõ sunt vt fons. Sedõ q̃ sunt detestabiles qz dissipate. s. idola quib' adherent: ⁊ qz implere nõ valẽt mẽtem creatã: sicut nec cisterna dissipata pot̃ impleri. Tertius qz sunt inutiles q̃m ꝓtinere nõ valent aquas: ⁊ iõ nec recipe nec alijs influere: ⁊ fuari nõ pñt: qz trãsitoria sunt. Ex predictis ptz q̃ cã efficiẽs peccati est volũtas. Unde Aug. Pctm̃ vsq; adeo volũtariũ est vt nullo mõ sit malũ scz malo culpe. nisi sit volũtariũ. xv. q. j. §. ij. Et si arguat cõtra q̃ Dionysi. dicit in. iiij. c. de diui. no. q̃ malũ [illegible] pter intentiõẽ ⁊ volũtatẽ. eo q̃ nullꝰ intẽdẽs ad malũ opatur. Rndet̃ q̃ malũ dicit̃ esse ꝓter volũtatẽ p se: qz intendens ad malũ per se opat̃ aliqd̃: ⁊ p accidẽs malũ pot̃ eē voluntariũ: dũ. s. aliq̃s estimat bonũ qd̃ est malũ vl̃ cũ apparet alicui bonũ aliqd̃ fm qd̃: cui est adiuncta ratio mali simpliciter. Vel pot̃ dici q̃ malũ est ꝓter volũtatem qz volũtas nõ tendit in malũ [illegible] fabricatione mali: sed qz aliquod malũ est apparens [illegible] ideo volũtas aliquando appetit aliqd̃ [illegible] Hec. b. Tho. sup. ij. sen. Ad b ẽt facit qd̃ ait Aug. xv. q. j. c. merito. vbi sic ait. Si diligẽter inspiciat: forte ipm peccare nemo velit: ⁊ ꝓpter aliud qd̃ vult peccat. Omẽs quippe homines qui scientes faciũt qd̃ nõ licz: vellẽt licere. Ut sꝛadeo ipz peccare nemo appetit ꝓpter hoc ipsum: ⁊ ꝓpter illud qd̃ ex eo consequitur.

De diuisione peccatorũ. Cap. II.

De diuisione peccatorum.

Sciẽdus q̃ sex modis possunt distingui peccata adinuicem. Primus est ex parte reatus. Secõs est ex parte gradus. Tertiũ est ex parte respectus. Quartus ex parte nominis. Quintus ex parte originis. Sextus ex pte radicis. Et q̃tũ ad pmũ. s. ex pte reatus sic distinguit̃ pctm̃: qz aliud mortale: aliud oziginale: aliud veniale. Que quidẽ diuisio non est generis in species. Cuius ratio ē: qz spẽs equaliter participãt rõnẽ generis. ista aut nõ equaliter pticipãt rõnem peccati: ad qd̃ ꝓtinet q̃ sit voluntariuz pfecte: sed est diuisio analogi in analogata: qd̃ fm ꝓius ⁊ posterius pfecte et impfecte [illegible] dicat̃ de plurib'. Sicut verbi grã. Ens diuidit̃ in substantiã ⁊ accidens: ens actu ⁊ ens in potẽtia. de quib' predicat̃ analogice: perfecte quidẽz de ente in actu ⁊ de substantia imperfecte de accidẽte ⁊ de ente in potẽtia: qz minimũ nõ est de natura entis: est in ente in potẽtia ⁊ in ente per accidens. Sic a simili diuisio peccati in mortale ⁊ veniale ⁊ oziginale: ẽ sicut diuisio alicuius in pfectũ ⁊ in imperfectũ: qz ratio peccati per ꝓius ⁊ perfectius inuenit̃ in peccato mortali: in veniali vero per posterius ⁊ imperfecte. vñ minimũ qd̃ est de rõne peccati in aliquo actu est in veniali. Et h ipsa nomina ostendũt: qz venia nõ debet̃ pcõmũ fm q̃ aliquã impfectionẽ pcti hz: p ꝓius ergo dicit̃ peccatũ de mortali; tũ qz mortale est voluntariuz voluntate. ꝓpp[illegible], tum qz ab vltimo fine deordinat. tuz qz ei debet̃ pena eterna. Pctm̃ aut veniale deficit a mortali in duob'. Primo qz nõ ordinat ab vltimo fine: sed aliquo mõ a fine retardat: ordine ad finẽ seruato. Secõ qz ei nõ debet̃ pena eterna: sicut mortali. Pctm̃ aut oziginale deficit a mortali ex pte illa qua pctm̃ habet rõnem culpe. s. ex pte voluntarij. qz mortale est voluntarium voluntate ꝓpria illius in quo est: vl̃ qui peccauit: sed pctm̃ oziginale est volũtariũ volũtate alteri' q̃ eius in q̃ est. s. voluntate pmi parẽtis Ade. hec. b. Tho. sup. ij. sen. di. xlij. Et qz dictũ est q̃ ista diuisio est fm reatũ. Sciẽdũ q̃ reat' ꝓpe non est aliẽ q̃ obligatio ad penam. Et mortale obligat ad penã eternam dãm ⁊ sensus. veniale ad penã tpalem seu purgatorij. Oziginale tm̃ ad penã damni: non sensus. i. puationis dei visionis: nõ ignis ifernalis: ⁊ hec infra declarabũt. Aliq̃n tm̃ reatus sumit̃ ꝓ culpa: ⁊ obligatione ad penã: vt in collecta reat' nostri ꝓfessionis indulgẽtia ⁊c. Confitet̃ eni hõ culpã nõ penã debitã. Et sciendũ q̃ peccatuz actuale siue mortale siue veniale. aliq̃n transit actu sed remanet reatu. Et hoc vl̃ cũ cessat ab ipo actu peccati: puta ꝓpetrato homicidio vl̃ fornicatione. tunc cessat pctm̃ q̃tum ad suam essentiã. i. q̃tum ad actum illũ inordinatum: sed remanet reatu in suo effectu. i. in obligatione ad penam. Uel etiam cum quis p penitentiam habet remissionẽ pctõrum quoad debitũ pene eterne: sed tm̃ ꝓ ꝓter impfectionẽ satisfactionis adhuc remanet obligat̃ pene tpali: ⁊ tunc trãsit pctm̃ actu ⁊ reatu q̃n quis habet plenã remissionẽ culpe: ⁊ totius pene debite. Hec duranduz sup. ij. sen. Pctm̃ aut oziginale trãsit reatu p baptismum fluminis vel sanguinis vel flaminis: sed remanet actu inq̃tũ. s. in viatore remanet semp habitualis cõcupiscẽtia: que sepe inclinat ad maluz q̃ videt̃ esse materia liter ipm oziginale peccatum.

Notandum

Ex pte reatus

Diffinitio peccati

§. I. Secũda diuisio pctõrum

est ex pte gradus seu ꝓcessus. Et sic diuidit̃ pctm̃ in pctm̃ cogitationis ⁊ locutionis ⁊ opationis. Addit̃ etiaz alii pctm̃ diuidit̃ ex pte gradũ. pctm̃ cõsuetudinis. Et ista diuisio ꝓbatur auctoritate rõne ⁊ similitudine. Et q̃tum ad pmũ auctoritas Hieron. ny. sup Ezech. sic ꝓtinet. Tria sunt genera pctõrũ q̃bus humanũ genus subiacet. Aut eni cogitatione aut sermone: aut opatiõe peccam'. addit̃ a quibusdã q̃rtus grad' s. p ꝓsuetudinẽ qd̃ figurat̃ in Lazaro quadriduano: sed Gregorius. in. iiij. moral'. ponit aliter istos grad'. dicit q̃ in corde cõmittit̃ q̃tuor modis ⁊ in ope alijs quattuor modis. Est q̃ pm' gradus suggestio vl̃ sensualis delectatio que est [illegible]tale. Secõs grad' est morosa delectatio in ipa cogitatiõe absq̃ deliberatiõe in opus. Tertiũ est deliberatio cogitatiõis in opus. Quartus est defensio seu excusatio ipius pcti in seipo: sicut pmi parẽtes post pctm̃ se excusauerũt. Quintus grad' est ipm opus exteri': ⁊ occultum. Sext' ipm opus pcti cũ fit manifeste. Septim' duz duc̃t in ꝓsuetudinẽ. Octauus cũ quis obstinat' in malo obdurat̃ ꝓponens nõ penitere. Secõ ꝓbatur rõne. Nam ista diuisio assignat̃ fm grad' q̃bus fit ꝓcessus ad pcti cõplementũ. Hi grad' aut isti attendunt̃ fm q̃ vnus actus includit̃ pmũ ⁊ tertius secõm ⁊ q̃rtus tertiũ ⁊ addit sup eũ. verbi grã. Pmũ grad' sup quẽ addũt alij est volũtas interior. s. pctm̃ cogitationis. Secõs huic additus ⁊ hũc exprimẽs est actus locutionis. Cuius rõ est: qz interior ia mẽb est magis ꝓpinquũ interiori actui. s. pctõ cogitationis: qz locutio est signũ interioris act'. s. cordis. Tertius grad' est pctm̃ opis tanq̃ cõplementũ oim ꝑdictorũ.

Probat̃ hoc tertio p similitudinẽ ⁊ triplicẽ seu exẽplum. s. artificiali: naturali: ⁊ morali. In artificiali exemplo ptz de domo materiali in qua sunt tria. s. fundamentũ: vt pncipium. parietuz erectio vt medũ: tectũ vt cõplementum domus. Ostendit̃ hoc in exẽplo naturali. Nam in generatione aialiũ. pmũ qd̃ generat̃ est corꝛ. exinde mẽbrorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

pductio:demũ tanq̃ cõplementuz totius ordꝑis vel hoīs formatio. Pz sil'iudo etiã materia mozali. Naz iracũdus ex eo q̃ appetit vindictã ꝓmo pturbat in corde. scdo in vba ꝓtumeliosa, pumpit. tertio in facta iniuriosa: iõ pz de petõ luxurie z aliis. Cõsuetudo aũt z despatio vel defectio pcti q̃s Grego. addit vt dictũ est supra sunt ḡdus ꝓntes post pfectã spẽm pcti: sicut ad defectũ z inuetus post pfectã generationẽ hoīs ꝓsequunt: vel dicẽdũ q̃ ꝓsuetudo z despatio seu defensio sunt q̃dam circũstantie aggrauates oẽ peccatũ ex multiplicatio ẽ ipso ꝛ actuũ, Hec oia, b. Tho. j. ij. q. lxxvij. z sup. ij. sen. distin. xlij.

§.II. Tertia diuisio seu distinctio pctõ

pctiũ ex parte obiectorũ diuidi tur.

ꝛ dicitur peccare in deũ: in primũ: in seipz. In deũ peccat cũ de deo male sentit vt hereticus: vel q̃ dei sunt vsurpare pnsumit indigne pticipando sacrãs: vel qñ nomẽ dei peierando vel blasphemãdo cõtemnit. In primũ peccat cũ eũ in iuste ledit: vel offendendo pson̄: vel famã denigrãdo vl' substantiã diripiẽdo z hmõi. In seipm peccat cũ sibi soli nocet z nõ alteri: vt in pctõ gule: vel mollicie: vel accidie: vel inanis glorie z hmõi. Et hanc distinctionẽ ponit etiã Isido. in lib. de sum. bo. Scdo hoc idem ꝓbat rõne sic: sicut oisvtus est iustitia quodãmodo: vt dr. v. Etb. ita omẽ peccatũ est iniustitia: iniustitia aũt est ex b̃ q̃ detrahit alicui q̃d sibi debet. Unde iniustitia hz q̃si duo objecta. s. id q̃d detrahit z ille cui detrahitur: sicut hõ cui auferitur res sua. Sicut aũt hõ dz primo z aliquid sibi ipsi: sic z multomagis dz deo. debet aũt deo amorẽ sup omnia z reuerentiã. Unde qñ ab his deficit: dicit peccare in deuz. Et si obijciat hoiem peccare in aliquẽ inferium eũ ledit: hz nullus pot ledere deuz: sm illud Job. xxxv. si peccaueris q̃d ei nocebis. s. deo. q. d. nihil. Rõnez hui' Aug. assignat dicens li. de lib. ar. Malũ cum nocumẽtũ sit nocere tñ nõ pot nisi bono q̃d corruptibile est. Summũ aũt bonũ incorruptibile est: z ideo malũ ei nocere non pot. q̃ nature ẽ impassibilis. Rñdetur ad hoc q̃ nõ dicit hõ peccare in deũ ex eo q̃ eum in aliq̃ ledat: sed q̃ deo subtrahit q̃d ei debet z q̃tuz in ipso est eius gloriã minuit q̃uis b̃ facere nõ possit. Tunc g̃ dicit in pctõ q̃s deũ offendere: qñ in eo q̃d sibi debet ei iniuriat. Proximo etiã q̃s dz edificatiõz z bñficientiam z hmõi. Qn igit hoc nõ facit cum possit z debeat: vel cũ facit ꝓria his: dicit peccare in primũ. Sibi etiã debito: est. s. quo ad necessitatis collatiõem z munditiaz. Unde qñ ꝓria facit sibi necessaria subtrahẽdo vel peccãdo vbi cũ nõ aliis noceat in se peccat. Tertio b̃ idẽ ꝓbatur ꝓrietate sic. Sicut ꝓpositũ in ꝓposito: z oꝑ osituz in oppositio. Sed p virtutes q̃b' opponunt pctã: hs ordinat i deũ z primũ z i seipz q̃d pz. Nã pvtutes theologicas hõ ordinat i deũ: tẽperantia z fortitudine ordinat in semetipz: iustitia aũt ad primũ. g̃ p oppositiuz. Qui peccat in his que excedũt humanã rõnẽ: sicut sunt ea q̃ sunt fidei peccat in deũ: sicut heretic': sacrileghs: z blasphem': z hmõi Qui aũt peccat in his in q̃bus q̃s ordinat z dirigit in seipm: dicit peccare in seipm: sicut pz in guloso: luxurioso: prodigo: z hmõi. Qui vo peccat in his p que ordinat ad alterũ seu ad primũ: dicit peccare in primũ: sicut pz i homicida: fure: adultero: z hmõi. Et notandũ q̃ ista diuisio seu distinctio sumit sm id in q̃d directe peccat et pncipaliter nõ ꝓpter. Uerbi grã: cũ q̃s facit homicidiũ vl' furtum: z hmõi. Iste directe z pncipaliter peccat in primũ cũ ledendo. Ex ꝓnti aũt peccat in deuz: q̃ in hoc mãdata ei' transgredit: z in seipm q̃ p pctõ occidit aiam suaz. sil' q̃ peccat in seipm vt in gula: luxuria: z hmõi: directe z pncipaliter peccat in se: z ex ꝓnti in deũ ꝛ mãdata ei' faciẽdo. Et sic q̃ peccat in deũ: ex ꝓnti peccat in seipsum: quando se lumine gratie z virtutibus: z in primum aliquãdo per malum exemplum: vel alio modo, Hec beatus Tho, in, ij q. lxxij, z super, ij, senten,

§.III. Quarta diuisio pctõ

pctiũ dicitur ex parte motiuum.

rum est respectu noīs. Et sic diuidit pctũ in delictũ z cõmissum: siue in pctũ omissionis z trãsgressionis q̃d idẽ est. Quã distinctionẽ ponit Aug. dicens q̃ pctũ q̃d dicitur delictũ est omissio boni. q̃d etiã ipm nomẽ ostẽdit. Dicitur enim delictũ quasi derelictũ. Pctũ vo q̃d dicit cõmissum est ꝑpetratio mali. vl' sm magꝶm sen. in. ij. lib. di. xlij Delictũ est q̃d ignoranter fit. Cõmissum q̃d scienter cõmittit. Ubi notandũ q̃ hec distinctio sm noia. s. delictus z cõmissum attendit sm ꝑcepta legis: ex quib' regulant act' nostri. Inter ipa aũt ꝑcepta quedã sunt affirmatiua q̃d fit ꝛ affirmatiua ꝑcepta dicit omissio. qñ fit aũt ꝛ prohibitiua ꝑcepta negatiua: dicit cõmissio vl' transgressio. Item q̃ ꝛ ꝑcepta fit qñq̃ scienter: qñq̃ ignoranter. si scienter dicit cõmissio. si ignoranter dicit omissio. Tho. super. ij. sen.

Omissio pior est commissione.

Est aũt sciendũ q̃ pius est omissio q̃ cõmissio. Rõ huius est: q̃ sm pbm tria sunt in actib' vtutũ q̃ requrunt. s. scire: velle: z immobiliter seu firmiter opari. Ignorãtia est ꝛ primũ actũ. s. scire. Omissio ꝛ scdm qñ. s. tenet q̃s aliquid velle z nõ vult. sic cõmissio est ꝛ opart. qñ. s. aliquis facit aliq̃d ad q̃d obligat nõ facere. Et sic pz ex ipo ꝓcessu q̃ pius est omissio q̃ cõmissio. hec Alex. ij. pte summe Sed pctũ cõmissionis est grauius pctõ omissionis. s. cõmissio mali q̃ omissio boni. tum q̃ in pctõ cõmissionis è maior deordinatio z effrenatio volũtatis. tũ q̃ maius hõ cumentum vl' iniuriam facit ceteris ꝑsonis in pctõ commissionis. tum q̃ magis ꝛ iusticiam: sicut pz ex exemplis: q̃ grauius est occidere hoiem q̃ sibi in extrema necessitate nõ subuenire z deũ blasphemare q̃ eũ nõ honorare tpe debito z hmõi. Notãdũ etiã q̃ pctũ omissionis alicui' boni p eo tpe alicui imputat ad culpam qñ nõ fuit q̃d dz. s. eo tpe quo dz. Cuius rõ est: q̃ omissio boni opponit ꝑcepto affirmatiuo: q̃d hz obligẽ semp: nõ tñ ad semper. vbi gra. Nõ obligat [illegible] semp' p actũ insistat parẽtibus honorandis: hz tñ semp [illegible] q̃ tpe debito honoret pentes. Tãdiu ergo durat pctũ [illegible] dis: q̃diu durat tps quo obligat ad q̃d obligat p ꝑceptũ affirmatiuũ quo transeũte tpe transit actu pctũ z remanet reatu. Et iterꝝ redeunte tpe tali: iterat omissio. Sicut enim trãseũte actu vtutis remanet meritũ pmij: ita transeũte actu pcti remanet reatus pene. hec. b. Tho. sup. ij. sen. di. xlij. Si aũt querat vtrũ in quolibet pctõ sit aliq̃s actus. Respondet q̃ quidaz opinati sunt q̃ in oi pctõ est aliq̃s actus vl' interior. s. act' volũtatis: sicut cũ aliq̃s nõ dans elemosynam peccat: q̃ vult nõ dare: z sic ibi est act' interior volũtatis. s. velle nõ dare. vl' etiã aliq̃s actus exterior: siue ille actus exterior sit simul cũ omissione: puta cũ facit aliq̃d quo retrahit ab actu debito: sicut cũ aliq̃s ludit. z ꝓpter hoc dimittit ire ad eccl'ãm: [illegible] ne ille actus sit ꝓcedẽs omissionem: vt cuz aliq̃s impedit ne surgat ad matutinas: q̃ nimis vigilauit in sero. circa aliqua se occupãdo. Et hec. Tho. tenet ꝓriuz. s. q̃ nõ reqrit aliq̃s actus in pctõ omissionis p se loquẽdo: hz in ipa cessatiõe debiti actus: pctũ omissionis ꝓsistit. Et hoc ꝓbat quattuor modis. s. auctoritate: rõne distinctiõe: z cõparatione. Auctoritate q̃dem ꝓbat p illd Jaco. iiij. Scienti bonũ z nõ facienti pctũ est illi: sed nõ facere q̃d hõ debet nõ impozat aliquẽ actum. g̃ pctũ omissionis est absq̃ omni actu imo cessare ab actu.

Ad esse pctũ non requrit actus.

Scdo, ꝓbatur idẽ rõne sic. Judiciũ dandũ est de rebus sm id q̃d est p se: z nõ sm id q̃d est p accidens: sed [illegible] p accidens se habet ad pctũ omissionis q̃d pz: q̃ omittens aliquid ad q̃d tenet aliquid faciat est p accidens. g̃ nõ dz dici q̃ pctũ omissionis ꝓsistit in actu. [illegible] aliquẽ actũ adiunctũ: q̃ actus ille adiunctus p accidẽs se habet ad pctũ omissionis: vt dictum est. Tertio, ꝓbat hoc ex ꝓparatiõe: q̃ etiã in pctõ trãsgressionis ꝓtingit aliquẽ actũ adiũgi q̃ tñ ad pctũ trãsgressionis p accidẽs se hz sicut ꝓtingit aliquẽ furãtẽ loqui vl' videre, z sil' nullus actus

pertinet ad pctũ omissionis sed ipsa [illegible] a cessatio ab actu debito. Cõfirmat idẽ z alia rõne videlicz: q̃ nõ punit hõ iuste nisi sm pctõ: ẽ p sola omissiõe boni q̃d tenet facere puniẽ sm illud. Dis arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ excidet: z in ignẽ mittet. Matth. vij. Et seruꝰ q̃ cognouit voũtatẽ dñi sui z nõ fecit plagꝶ vapulabit multis. Lu. xij. Quarto ꝓbatur distinctiõe. Nã differẽtia ista est q̃tũ ad hoc inter pctũ trãsgressionis z omissiõis: q̃ pctũ trãsgressiõis nõ est sola priuatio: hz etiã act' priuatus debito ordine rõnis sicut furtum vel adulteriũ est quidã actus inordinat'. Et ratiõe actus: pctũ est q̃dã res vel natura: rõne priuatio nis ordinis: pctũ dr nihil sm Aug. sup Job. Et. b. Tho. ꝓprio: q̃ quodlibeto dicit q̃ pctũ maxime trangressiõis est actus iordinatus. Et rõne actus: pctũ est aliqua res seu natura. Sz illa inordinatio est priuatio z sm hãc pctũ dicit nihil: ab Aug. Sed pctũ omissionis sm veritatem loquẽdo: est sola priuatio actus debiti. cui' subiectuz nõ est aliquis actus ẽ ptãs volũtatis: sicut subiectũ cecitatis nõ est visio: sed id q̃d aptũ natũ est videre. Ñ q̃ volũtas est causa effectiua z subiectiua omissiõis: iõ omissio hz rõnẽ culpe: q̃ omissio est voluntaria: qñ in potestate nostra est nõ velle sicut z velle: non facere sicut z facere: z ideo ipsa boni omissio est pctũ. Et si arguat sic in ꝓriũ. Sicut meritũ cõparat ad virtutẽ. ita demeritũ seu pctũ ad viciũ: ẽ meritũ nõ pot esse absq̃ actu q̃ nec demerituz. Rñdet q̃ differentia est inter meritũ z demeritũ. Nã meritũ nõ pot esse absq̃ actu aliquo saltẽ volũtatis hz demeritum potest esse absq̃ actu. Et ratio hui' diuersitatis est: q̃ pl[illegible] a requiruntur ad bonũ q̃ ad malũ: eo q̃ bonũ contingit ex tota et integra causa: malum autẽ ex singulis defectibus vt dicit Diony. c. iij. de diui. no. Hec. b. Tho. j. se. q. lxxvij. z in questionibus de malo. Quia ergo z omissio boni debiti: peccat. est sicut z transgressio: ideo ps. vtrũq̃ domino confitebor dicẽs. Delictũ meũ cognitũ tibi feci z iniusticiaz meã nõ abscõdi. vbi ps. tria [illegible] Primo exprimit peccatum omissionis. ibi. delictum meũ. dicit enim delictũ quasi derelictum. id est omissum: vt q̃ peccata dicenda tacui: et b̃ est cõtra illos qui solum de cõmissis z nõ omissis faciunt sibi cõscientiam vel confitent. Sz dauid vtrũq̃ fatet: q̃ pctũ. Est etiã ꝓtra illos q̃ de magnis ꝓfitent. de puis nõ curant: sed dauid etiã parua q̃ dicunt delicta respectu aliorũ. Est z ꝓtra se excusantes: vel in alios sua peccata retorquentes. sicut Adam z eua. Ñ dicit meũ. q̃d. s. ego feci ex meo arbitrio: ad hoc facit. xv. q. j. nõ est. Scdo, ꝓphetaꝶ innuit viciũ cõmissionis seu trãsgressionis. ibi. z iniusticiã meã z c. id est que feci cõtra iusticiã: trãsgrediẽdo ꝑceptũ negatiuũ vbi magis apparet iniusticia z plus nocumenti, primo fit. Tertio addit actũ ꝓfessionis. ibi non abscondi. Cum enim deus cognoscat certius z clarius omnia q̃ ille qui facit tñ hoc est vt [illegible] cit Cassio. pctũ deo cognitum fatere in confessiõe. s. delicta z peccata, ꝓducere. Cõfessor enim representat ꝑsonam dei. hoc est nõ abscondere: non minuere grauitatẽ: magnitudinẽ z turpitudinez peccatorum circumstantias celando.

§.IIII. Quinta diuisio peccatorũ est ex parte radicis eorũ.

Sũt aũt q̃nq̃ radices peccatorũ. Prima est amor inordinat' sui. Scda est timor indiscretus. Tertia cupiditas. Quarta ꝓcupiscẽtia. Quinta superbia. Prime due insinuant ꝑ ps. dicẽtẽ. Incẽsa igni et suffossa ab increpatiõe vultus tui peribunt. id est, ꝓpter opa mala q̃ ꝓcedũt ab inordinato amore sui: z hec dicuntur succẽsa igni. z ea opa q̃ sunt ex inordinato timore mali: hec [illegible] cunt suffossa: q̃ timor deijcit homines infra se. Peribũt hoies ab increpatione dei: id est iudicante deo. Ñ Augusti. sup ps. dicit ibi. Omne pctũ, ꝓcedit vel ab amore male inflãmante: vel a timore male hũiliante. Alie tres radices peccati notant. j. Job. ij. Omne q̃d est i mũdo: aut est cõcupiscẽtia carnis aut ꝓcupiscẽtia oculorum aut supbia vite. i. q̃d est in amatoribus mundi seu pctoribus. i. omne pctũ q̃d est in eis, ꝓcedit: aut ex ꝓcupiscentia carnis: aut ꝓcupiscẽtia oculorũ: aut supbia vite. Dicũt aũt hec radices pctõrũz: q̃ sil'iudinarie se hnt ad pctã: sicut radices ad arbores materiales. Sicut enim radix arboris est p quã arbor nutrimentũ sumit: z p quã arbor cõualescit z crescit: z p quã arbor ꝓficit z fructũ ꝓducit: sic sm hec tria a sil'i ex qualiber hazꝶ radicũ: pctũ incipit cõualescit z fructum ꝓducit. Ex eo eni pctũ incipit: ex quo hõ ad pctũ inclinat. Hoc aũt est bonũ intentũ ad q̃d peccator inordinate ꝓuertit. Nam bonuz q̃d hz rõnem finis mouet efficientẽ z appetentez. z ideo radix pcti in nobis dicit passio vl' ꝑnitas ad peccandũ: q̃ ex corruptiõe originalis ꝓsequit. Unde passio q̃ est radix pcti sic distinguitur: q̃ vl' est passio sm inclinationem appetitus in id q̃d est vltimus finis bonorũ cõmutabilũ: sicut est homor z sm hoc ponit ꝑma radix peccati ab Aug. que est amor sui iordinatus que cã est ois pcti. Scda radix ois peccati est timor. Huius rõ est: q̃ ex eo q̃ aliquid inordinate diligitur z male oia impedientia illud male timent. z sic oẽ pctũ, ꝓcedit vl' ex inordinato appetitu alicuius boni: vl' ex inordinata fuga alicuius mali: sed vtrũq̃ hozũ reducitur ad inordinatũ amorẽ sui. Cuius rõ est: q̃, ꝓpter hoc homo: vl' appetit iordinate bona: vl' fugit inordinate mala: q̃ inordinate amat seipm: q̃ eni aliquis appetat inordinate bonum tpale: vl' fugiat inordinate malum tpale: nõ est nisi ex hoc q̃ seipm inordinate amat. Qd pz ex b̃ q̃ amare aliquẽ nõ est aliud nisi velle ei bonũ: q̃ ergo amat seipm inordinate: inordinate vult sibi bonum aliq̃d Ul' etiã passio inordinate inclinans appetitũ hois in ea bona que, ꝓpter finẽ vltimum cõmutabiliũ. i. ꝓpter hominez querunt. z hoc tripl'r. Primo q̃ vl' talis passio est inclinans appetitũ inordinate in bonũ vile: z hmõi. De qua apls. j. ad Timo. vj. Radix oium malorũ est cupiditas. vl' est talis passio que inclinat inordinate appetitum in bonum de[illegible]tabile: z sic erit quarta radix peccati. s. cõcupiscentia oculorum circa bona exteriora in vsum ordinata. z hec ꝓcupiscentia est duplex. Una que ordinat ad cõseruationem speciei p generationem: z hec districte dicitur cõcupiscentia carnis: vt in venereis dicit etiam luxuria. Alia cõcupiscentia est que ordinat ad cõseruationem indiuidui. z talis dicit cõcupiscentia oculorũ. s. eorũ q̃ sunt delectabilia: nõ tñ sm sensum solũ: hz sm apphensionẽ cuiuscumq̃ apphensiue vtutis: vt in cibis z aliis delectabilibus sensibus. Tertia passio inclinat appetitum inordinate in bonũ opinabile vl' honestũ. Et sic erit quinta radix. Supbia circa bõa sm opinionẽ: vt honor: dignitas: z hmõi. hec. b. Tho sup. ij. sen. di. xlij. z. j. se. q. lxxvij Posset etiã dici sic vt in auctoritate ipa Jo. supius posita exprimant tres vltime radices pcti. In cõcupiscẽtia carnis notat inordinatus appetitus in bonũ delectabile: vt in cibis z venereis z hmõi. In cõcupiscentia oculorũ appetitus inordinatus in bonum vtile: vt diuitias z hmõi: que als dicitur cupiditas, tertiuz. s. superbia. aliter exponi non oportet.

§.V. Sexta diuisio pctõrũ est ex pte originis.

peccatum etiaz diuidit ꝑ pte radicis.

Ñ. b. Greg. xxxj. li. moral'. dicit q̃ septẽ sũt capitalia vl' pncipalia vicia: ex q̃b' oia alia oriunt. s. inanis gloria: invidia: ira: accidia: auaricia: gula: luxuria. Et si hec oia quasi regina z mater est supbia. Et circa ista capitalia videẽda sũt tria. s. ꝓuenientia numeri sufficientia differentia. Quantũ ad primũ sciendum q̃ oia ꝑdicta capitalia dicunt quasi a capite deriuata: q̃ capita sunt multorũ vitiorum z in hoc ꝓueniũt. Dici aũt vitium capitale a capite p similitudinem. Caput enim tripliciter sumitur. Primo sumit caput p mẽbro corpis. z sic sumit. j. Cor. xj. Omis vir orãs aut ꝓphetãs velato capite deturpat caput suum; z caput est quoddã mẽbruz a ĩalis quod

Vitia vtitur capitalia, de dicunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

est corporis principium. ideo scdo caput d̄ omne principium fm illud. Treno. iiij. Dispersi sunt omnes lapides sanctuarij in capite omniū plateaꝝ. i. in principio. Tertio caput significat principatū vel ducatū rectoris. Et huius rō est: q̄ sicut omia alia mēbra corpis a capite quodāmodo regunt ꝛ ad ipm ordinant. ita exercit̄ a duce regit: ꝛ ad ipm ordinat: ꝛ hoc mō sumit amos. vj. Capita pplorꝫ pōpatice ingredientes domū israel. Capita vocat principes ꝛ rectores. Et fm has tres ꝓprietates capitis viciū capitale pōt dici qd capite plectit̄. fm Aug. vt sacrilegiū: furtuz homicidiū ꝛ hmōi. Et b mō viciū capitale idē est qd mortale. i. dignū morte seu decapitatione. Non ēm infligitur ista pena mortis in iudicio nisi ꝓ mortali sz sic nō accipit Gregō. in dicta numeratiōe. Scdo mō d̄i capitale qd est principiū aliquoꝝ petōꝝ: ex quo plura alia oriunt̄ fm hoc Greg. vicia capitalia principalia nominat. Tertio dicit̄ capitale viciū ad qd vicia alia ordinant̄. Nā princeps est caput exercit̄ ad cui⁹ bonū tot⁹ exercit⁹ ordinat: vt dicit̄. rj. metha. Et p hūc modū illud viciū ad qd alia ordinātur dicitur capitale: Vñ Greg. in moral. vbi supra. Vicia capitalia sunt quasi duces: ꝛ vicia q̄ ex eis oriunt̄ sunt q̄si exercitus. Hec. be. Tho. ij. sen. dis. xlij. ꝛ in cōnibus de malo. Quātū ad scdz. s. nūeri sufficiētia quare. s. septē ꝛ nō plura neq; paucioꝝ sunt. Pro huⁿ⁹ declaratiōe sciēdum q̄ omne peccatū ꝓcedit: vel q: appetit⁹ inordinate appetit bonū: vel q: inordinate fugit bonū: q̄ duo sunt eius dez rōnis. s. appetere bonū inordinate: ꝛ fugere oppositū inordinate. s. malū. Verbi grā: sicut gulosus inordinate appetit cibū: ꝛ inordinate fugit tristiciā q̄ ex absentia ciboꝝ causat: ꝛ sile in alijs capitalib⁹. Et sic vicia capitalia ꝓpt cōuenienter distingui fm differētia boni ꝛ mali. ita q̄ vbi cūq; aliqua specialis rō appetibilis vl fugibilis est. ibi est vnū viciū capitale. Et est etiā sciendū q̄ bonū ad se attrahit appetitus sed q̄ appetitus refugiat aliqd bonū hoc est fm speciale rōnem ꝓsiderandā circa hmōi bonū vt q: laboriosum vel ipeditiuū delectationū corporeārum. Primo igit̄ dico q̄ omne pctū ꝓcedit ex hoc q̄ appetitus inordinate appetit bonū. Et b quidē bonū pōt esse triplex. s. vel bonū mētis: vel bonū corpis: vel bonuz rei exterioris. Primo igit̄ appetit⁹ inordinate appetit vel querit bonuz mētis honestū qd est bonū imaginatiuū. s. excellētia gloriē ꝛ honoris ꝛ ad b ordinat̄ vt ei⁹ principiū superbia vel inanis gl'ia. Scdo appetitus appetit bonū corporis qd est bonū delectabile ꝛ hoc bonū vel ꝓtinet ad ꝓseruationē in diuidui qd est cib⁹: ꝛ ad b ordinat̄ gula: vl ꝓtinet ad ꝓseruationē speciei: sicut est in venereis: ꝛ ad hoc ordinat̄ luxuria. Tertio appetitus inordinate appetit bonū vtile. s. corpi ꝛ diuitias: ꝛ ad hoc ordinatur auaricia. Et sic quatuor sunt vicia capitalia ex pte appetitus inordinate appetētis bonū. s. superbia vl inanis gl'ia respectu boni honorabilis: auaricia respectu boni vtil: gula respectu boni delectabilis fm tactuz. Scdo appetitus humanus inordinate fugit bonum aliqd̄ fm aliquā specialē rōnē puta inquātū illud bonū est impeditiuuz boni inordinate cupiti in seipso: vt verbi grā. Sicut bonū spūale impedit quietē vel delectationem corporalez: ꝛ sic est accidia: q̄ nihil aliud est q̄ tristicia de aliquo bono spūali. put est impeditiuū boni corporalis qd appetēs in seipso inordinate cupit. Scdo appetitus inordinat⁹ alicui⁹ bonū refugit in alio. fm q̄ bonuz illius ipedit. ꝓpriā excellentiā in seipso: ꝛ sic est invidia: q̄ est dolor de alieno bono. inq̄tū apphēdit vt diminutiuū ꝓpie excellētie. Tertio nō solū aliqs refugit vl odit bonū in alio: sed etiā ꝑ bonū ei⁹ insurgit ipz repellēdo: ꝛ sic est ira q̄ est appetit⁹ vindicte qua aliqs impugnat aliquē cōtrariū agēdo. Hec. b. Tho. sup. ij. sen. dis. xlij. ꝛ in qōnib⁹ de malo. Quantū ad tertiū principale. s. differētia capitaliū a radicib⁹. Sciendū q̄ ipsa vicia ita dicunt̄ capitalia q̄ nō dicūtur radices. Et ratio huⁿ⁹ est: q: hec est differentia inter capitale ꝛ radicē: q: capitale est quoddā peccatum. radix aūt pcti inq̄tum radix non est peccatum.

Septem sunt capitalia ꝛ nō plura.

Sufficiētia vitiorꝫ capitaliū

Differēia radicis ꝛ capitale.

§. VI. Hec septez vitia capitalia

figurata sunt p septē gentes seu natōes q̄ habitabāt Septem in terra ꝓmissionis: fm mgrm in. ij. sen. vbi cardinalem sup ps. Ipsa eni terra ꝓmissionis affluēs lacte ꝛ mel q̄ signifi le signat humanaz naturā in genere vel aiam qualibet in ticulari in statu inocentie ꝛ iusticie: q̄ vtiqz affluebat lacte puritatis: ꝛ melle cōsolationis celestis. Sed p ꝓnoxia paretum transgressionem postea inhabitata est ꝛ possessa: a septem natiōibus: id est vnijs capitalibus. Quemadmodum autē per ꝓm deuictis, vnijs est postea inhabitata ꝛ tribus duodecim israel: ꝛ leuitica. i. per septē vtutes ꝛ sex opera misericordie corporalia ꝛ spūalia que reperiunt in veris fidelibus: qd bellum ꝓs notauit: cum ait Lu. xi. c. Si fortior illo supueniēs vicerit eū: vniuersa arma auferz ꝛc. Fortis in malicia diabolus q̄ castrū seu atriū mundi tenebat in pace quasi nullo ei resistente: ꝛ hoc cū septē hōstiōibus. i. vitijs. Supueniens fortior ꝓs vicit eū: ꝛ abstulit ei arma sue malicie ea detegēdo. Et hoc bellum victoriam notat ps. Psalmo. xliij. dicens ad dōm. Manus tua gentes dispdidit: plantasti eos affligisti pplos: expulisti eos. Ubi oñdit in ipso bello tria. Gratiam ꝓpiōrum: ibi. manⁿ tu. gen. dis. Justiciā animi reformatam: ibi. plāta. eos. Malicia penitētia euacuata: ibi. afflisisti.

Quātum ad pmū sciendū vtiqz q̄ p nos non possemus vnum minimā temptationem: nec eijcere a nobis vnū pctū. Sine me ait saluator: nihil potestis facere. Jo. xv. Et rō est: q: cū peccatū mortale sit defect⁹ quasi infinitus seu iniuria: q: ꝑ deum bonū infinitus. Et hō sit vtutis finite nō potest finitū attingere ad infinitū: nisi adiuncto infinito: ꝛ hec grā est xpi: que est q̄si infiniti valoris. Vñ apls. Justificati gratis grā ipius ꝛc. id est iusti facti ex p. pulsis peccat̄. Sicut ex [illegible] seu Jesus nomine: dux populi dei ipe fuit: q̄ transito [illegible] deuicit ꝛ pstrauit illas septem natiōes: ꝛ tradidit tribub⁹ israel [illegible] possidendā. Sic iesus noster mediāte baptismo vbi diminut vtutes sue passionis expulsis oibus capitalibus vnijs: trib⁹ virtutuz infundit in gen⁹ humanū: seu animā quālibet eū sequentē p fidem: vt possideat statū quietū ꝛ suauem: ꝛ hoc est qd dicit ps. Manus tua. brachiū dei dicit pater: fm illd. Ecce potēciam in brachio suo. Luc. j. q: ab ipso, procedit filius sicut manⁿ a brachio. Digit⁹ dicit spūsanctus fm illud. si in digito dei eijcio demonia ꝛc. Luc. xi. q: procedit a patre ꝛ filio: sicut digitus a brachio ꝛ manu. Sed manus in scriptura frequēter d̄i: filius: q: sic procedit a patre: sicut manus a brachio. Et q: sicut per manum quis operatur: ita omnia p ipm facta sunt. Job. j. Man⁹ ḡ dei. i. filij⁹ dei incarnatus supueniēs in mundum: gētes vitiorū vicie dibolum cū septem capitaneis vitiorꝫ que vitia dicuntur gētes quasi gehēne. i. inferno dedite: q: per ipa homo traditur inferno. Disperdidit aūt ꝛ destruxit: id est ad nihilum deduxit merito sue passionis: doctrina sue eruditionis: ꝛ exēplo sue perfectissime cōuersatiōis. Ipa autem inter ꝓtatio nominū illarū gētium ostendit ꝓprietates ipsorum vitiorū. De ipis aūt noibus gentiū dicit. Deut. vij. Cū introduxerit te dōs deus tuus in terrā quam possessurus ingrederis: id est in illū statum iusticie reparatez defecerit gētes multas coraz te. q. d. Dōs hoc faciet nō tu: erbeū gergeseū: amoreū: chananeū: phereseū: eucū: ꝛ ie[illegible] pcuties eos vsqz ad internitiones. Non inibis fedus cum eis: vt. i. etiā montb⁹ ipsorꝫ capitaliū venialiter acqescas: h vsqz ad pimas radices ꝓsternere. Per erbeū qui interpretatur stupēs vl formidans signat invidia: q̄ formidat felicitatē alienā ꝛ dolet. Unde Sen. Ut ināi invidi oculos vbiqz haberent vt oim felicitate torquerent. Dicit erbeus stupēs. i. admirās: q: invidus q̄libet bonū etiā parū admiratur in ꝓximo cui iuider: tanq̄ sit multum excellens.

Erbeus.

